

Notes du mont Royal



www.notesdumontroyal.com

Cette œuvre est hébergée sur « *Notes du mont Royal* » dans le cadre d'un exposé gratuit sur la littérature.

SOURCE DES IMAGES
Google Livres

He 2592

OPERA
JOSEPHI IV.
DAEORVM DOCTIS-
SIMI AC DISERTISSIMI, QVÆ
AD NOSTRAM ÆTATEM PERVE-
nerunt omnia, nimirum:

DE ANTIQUITATIBVS IUDAICIS LIBRI XX. QVI
bus vita Josephi per ipsum conscripta, est adiecta: De bello Iudaico VII.
Contra Apionem II. De imperiorationis suo de Machabaei I. Ante-
bac in Latinum sermonem translata, & ad exemplum Gra-
ci Codicis accurate distincta.

NVNC VERO CHRONOLOGIA AD CAPVT VNIVS.
caiusque folii, cum ex veterum tum recentiorum scriptorum Commen-
taris, cumq; scholiis necessariis, recens concinnata.

CVM INDICE LOCUPLETISSIMO.

MNIA QUAM ABSOLUTISSIME EDITA. ET
amendu, quibus scatabant plurimis, repurgata



IMPRESSVM FRANCOFVRTI AD MOENVM.

M. D. XCIX.

He 2592



AMPLISSIMÆ
DIGNITATIS VI-
RO, DOCTRINA SAPL-
ENTIAQUE ET MVLTO RERVM
vſu prætantissimo Dn. ERASMO NEVSTETTERO,
cognomento S T V R M E R O, Præposito Comber-
gensii, Ecclesiarum Bamberg. & Herbipol. Ca-
nonico, &c. Equiti Franco,
S. P. D.


VM Fl. Iosephi illa à Sigismundo olim
Gelenio, V. CL latine edita opera denuo
typis hic elegantioribus minoribusq; ad-
ornanda curassem; non modo ad nouæ hu-
ius editionis laudem interesse putabam, si tua, Antistes
optime, inscriberem ea reuerenda amplitudini, sed &
fore persuasum mihi erat, ut in nomine tuo firmissi-
mum esset situm ipsis aduersus iniquiores Criticorum
calculos præsidium, tantoque venirent amabiliora, et
iam quo prodeunt ornatiora. Evidem reuerendam
Amplitudinem tuam, honorib; etateque prouectam,
non ignorabam negotiis assidue grauiorib; & distinerti,
& curis occupari maioribus. Itaque interpellare eam,
atque has illæ opinione multorum inanæ, quasi merces
obrudere primum verebar. Verum ubi reuerend.
Amplitudinis tua ingenium humanitatemque animo
inuenier, ad tuamque multorum annorum in fœundis
literarum studiis consuetudinem mentem referrem, ni-
hil metui, à tuo unius ipse ut patrocinio excluderer, sum-
meque ut liceret obseruantia erga te mea libri recentis

E P I S T O L A

inscriptione satis facere, nimis cum summissa id erga
te affectionis sit argumentum, non animum meum hoc
ex munusculo, sed munusculum ex animo meo estima-
bis, respecturus scilicet non quid reueren. Amplitudinis
tua dignitas postulet, sed quid mea possit tenuisse.

Gentis id tue proprium est, artium opt. curam susci-
pere, passimque iacentibus disciplinis opem ferre, & hoc
genus munusculorum non aspernando οὐχ ἔτι ποτὲ οὐδὲν φιλάν-
θρωπον εἶναι, secundum Artaxerxem Persarum regem, τὸ μεγά-
λα διδόναι τῷ μητρῷ λαμπάντευμενūς. Exempla maiorum
tuorum vetustiora non adducam, uno iam propinquo
tuo Daniele Stibaro contentus, quo in Germania olim
tum amico homines docti, tum patrono usi nomen eius
& egregia in Rempub. merita, per orbem terrarum scri-
ptis celebrarunt immortalibus. Ille Herbipolensis Ec-
clesiae columen, Reuerendi collegii splendor, sotius orien-
talnis Franciae decus Musis errantibus, ceu illustrem de
editiore specula faciem pratendens iter ostendebat &
hospitium, earumque consuetudine in omni vita sua de-
lectatus, subueniebat egentibus, afflictas excitabat.
Tum ille indolem, & maiores etate ad virtutem im-
petus cum animaduerteret, à prima te pueritia singula-
ri amore complexus est, tuamque te olim familiam illu-
straturum auguratus, in aula sua moribus & literis ex-
politum, ad sui imitationem, & quasi imaginem totum
effinxit. Adolescens igitur cum aliquam latinam iam lin-
guæ facultatem consecutus, cogitationes tuas omnes ad
maiores in studiis progressus conuertisses, autoritate il-
lius Louanium, atque in eminentiores cum Gallia tum
Italia deinceps Academias profectus es, ubi tuum te in-
genium, tui te mores ita liberalium disciplinarum, &
Iuris utriusque Professoribus, ceterisque viris quibus-

DEDICATORIA.

cum vixisti præstantissimis, commendarunt, ut incre-
dibili eos studio tui incenderes.

Præclaram vero eruditio[n]em tuam, tot partam i-
g[ue]lis & peregrinationibus, ubi bene viuendi consi-
cudine confirmasses, & tuis illius, quem dixi, propin-
qui de te opinionem comprobaret euentus, insignes pa-
tria tibi eximia, tum rerum cognitione, tum lingua-
rum peregrinarum facultate prædicto, honores tribuit,
& campum, in quo virtus tua excurreret, aperuit la-
tissimum. Impendebat tremenda communi patrie,
cum odis capitalibus aucta, tum diffidentia inuidiaq[ue]
confirmata perturbatio, & tempora omnibus prope
Reipub. membris conuulsis, & quasi luxuris multiplici
iam tum calamitate grauida esse videbantur. Iustum
igitur quasi partum modis omnibus auertere cupien-
tes, Ecclesiarum tum Bambergensis, tum Heripolen-
sis Proceres, acerrimo in estimandis hominum morib.
studicio prædicti, singulari te studio collegam asciuerunt,
atque ita affecti, ut qua virtuti premia debentur li-
bentissime persoluant, eximiis te sacerdotiis collocuple-
tarunt, ad quos scilicet honorum gradus non illorum te
fauor, sed excellens ingenium tuum euexit.

Tum vero Magistratus, quod asunt, virum indi-
cauit, & quacum voluntatis tum industria tua esset
præstantia ostendit. Quot subiisti enim pro communis
patria tempestates? quantus sepe laboribus es perfun-
ctus? dum eo consilia tua omnia, omnes cogitationes
conuertis, quaratione simultatum ille ac dissidiorum
procella, que infestare nos multis ab hinc annis cœpe-
runt, vel auerti penitus, vel ita saltem sustineri possint,
ne salutem populi in discrimen adducant. Itaque ob-
eundis sepe legationibus, multisque periculorum diffi-

cultatibus superatis, demonstrasti tuam te salutem posteriorem salute communis ducere. Quare tibi cum solidam peperit gloriam, tum reverendam amplitudinem tuam ad sublimiores quoq; honorum gradus extulis.

Insignis Comburgensis. Ecclesiae Decano annis pluribus quam triginta aequabiliter prosperaque fortuna usq; nunc eodem te floret Praeposito. Annos ibi reditus maiorem in modum auxiliis, adiicia magnifica porturis exornata artificiosissimis exeruisti, Bibliothecam optimorum, manuscriptorum etiam, librorum copia instructam aperiisti, suspiciendum ad omnem posteritatem meritorium tuorum monumentum. Cumq; nihil sit difficultius, quam rebus secundis, atque ad voluntatem nostram fluentibus servare constantiam, & sic uti fortuna, ut beneficentia non arrogantia facultatem dedisse videatur, in sublimitate dignitate ista, rerumque omnium abundantia, nunquam reverenda atque sua efferi, nunquam commoueri, nunquam ad se ipsam referre quicquam, sed cuncta Deo, perenni bonorum fonte, ascribere visa est, neque suo unquam secretius officio perfundetur existimauit, quam de communis hominum societate bene merendo.

Imprimis vero cum, ut ait ex Ennio M. Tullius, benefacta male locata malefacta sint, rever. ampl. tua liberalitatem commendat eoru, quos beneficiis affidentes censes delectus. Beneficia enim illa temeraria, in quibus neg^r dignitas accipientium, neg^r iudicium conferentium agnoscitur, nullam existimas laudem mereri. Illis igitur potissimum rever. amplitudinis tuae benignitas rem familiarem aperit, quos vita morumque probitas acetera clientum turba distinguit, quiq; ingenio prestantes suos iam studiorum edunt fructus.

*Assentari nescio, & ut sciam, non volo, neque
reuer. amplitudinis tua seruo auribus. Astipulatur in
scriptis hominū vox eruditissimorum, qui eternis in-
genii monumentis virtutum tuarum exempla ad po-
steritatis memoriam transmittunt. Quid referam e-
nim illustria illa Germania lumina Lotichium, Po-
sthum, Rudigerum, Melissum, Modium? quorū splen-
dida iampridem, & plena veri statis poemata reue-
rende amplitudinis tua nomen in omnes ubi humani-
tas costitut pars Europe dissiparunt.*

*Non igitur grauate reuer. amplit. tua, cum erudi-
torum neminem à suo congressu atq. sermone unquam
excluseris, sed sui copiam adhuc fecerit omnibus, erga
Iosephum hunc nostrum patroni partes suscipiet, & qua
alios, eadem & ipsum benignitate complectetur. Ete-
niam nullareuer. amplitudini tuares adhuc esse potuit
tanti, ut ullam putaret voluptatem eacum voluptate
esse conferendam, quae legentes scribentesve afficimur
Legere memini me factos à reueren. amplitudine tua
versiculos canoros & concinnos, illustria ingenii stu-
diorumque tuorum argumenta. Herbipolensis igitur
Ecclesia tibi septem iāq annis Decano cum sublimio-
res ante oculos honores obuersarētur, ulro ea te digni-
tate abdicasti, dignusq; ea, ut eras, videri maluisti,
quam eadem gerenda occupatus à studiis humaniorib.
diuelli. Ostendisti scilicet, virtutem magis ipsam te
diligere quam virtutis insignia. Vere igitur, secun-
dum Posthumum nostrum,*

*Tu contemnendo quæ alii mirantur & optant,
Esse animo ostendis cuncta minorata tuo.*

*Istud igitur, Antistes amplissime, historie sacra cō-
pendium, 4035. annorum gesta uno volumine comple-*

ctens suscipe, & , quoniam consuetudine virorum il-
lustrium delectaris , cum Regibus hic & Principibus ,
cumque prudentissimis Rerum publ. gubernatoribus ,
imo cum Deo ipso , loquere .

Pradicari vero a me hic aut commendari autorem
non est necesse , ipsa cum hac opera commandant , &
quod dici solet , ait & tò 1570 artificem demonstrat , neq;
etiam notissima illa multis in locis commemorata ab
aliis Historie praconia , ne actum agerem , hic retexen-
da putau. Quod igitur restat , Deum Opt. ter max.
qui rever. Amplitudini tua istam mentem dedit atque
autoritatem , oro toto pectore , ut tuum communibus
studiorum patrocinium velit esse maxime diuturnum , an-
nosq; tuos aequet cum iis bonis , que in te contulit sum-
ma. Vale. Data ex adib; meis Francofordie ad
Mænum , Calend. Febr. Anno M. D. XC.

Reuerendæ Amplitudinis tuæ

obseruantissimus

Sigismundus Feyerabend,
ciuis & Bibliopola
Francofordensis.

Notes du mont Royal

www.notesdumontroyal.com

Une ou plusieurs pages sont omises
ici volontairement.

FLAVII IOSEPHI
DE ANTIQUITATE
IVDAEORVM CONTRA
Apionem Alexandrinum, ad Epa-
phroditum;

L I B E R I

OPERA SIGISMUNDI GE-
LENIUS RESTITUTUS.



*Antiquis
ratiis bi-
fornis
quinque
milliorum
annorum.*

*Causa im-
pulsus co-
scribendi
hos libras.*

*Omnis
Graecis
noma: a-
pud Egyp-
tios: autē
& Chal-
deos: &
Phoenicas
res gesta
antiquissi-
mā be-
bent me-
moriam tra-
ditionem.*

VFFICIENS TERRA: vt arbitor, & per libros Antiquitatum, optimè vitordum Epaphrodite, legentibus eos, aperi de nostro genere iudicorum, quia & vestitissimum est; & primam originem domesticam habuit. Quinque millium enim antiquorum numerum historiam continentem, ex nostris sacris libris Graecorum sermones conscripti. Quoniam vero multitudo video, respicientes blasphemiam quorundam insane prolatam: & ea quæ à me de Antiquitate conscripta sunt, non credentes: putantes mendacium nostrum esse genus; eo quod nulla memoria apud Graecorum nobiles historiographos digni sunt habiti nostri maiores: pro omnibus his arbitratus sum oportere me breuiter hanc dicta conscribere: & derogantium quidem, vesanum spontaneumque incepere mendacium, aliorum vero ignorantiam pariter emendare: vniuersisque de nostra antiquitate, qui scilicet veritatem amplectuntur, edocere. Vtar autem in meis dictis testibus eis, qui de omni antiquitate apud Graecos fide digni sunt indicandi: eos autem qui blasphemie de nobis atque fallaciter conscripsero aliqua, per semet ipsos conuictos indubitanter ostendam. Contabor etiam causis exponere, propter quas non multi in Gracis historiis gentis nostrae fecerit memoriam: nechom & eos, qui de nobis scribere voluerunt nescientibus, aut nescire simulantibus indicabo. Primitus itaque satis admitor eos, qui existimant oportere de rebus antiquis, Gracis tantummodo fidem habere, & ab eis considerandam esse veritatis integratatem: nobis autem & aliis hominibus non esse creditendum. Sed ego omnia in his contraria video contigisse. Quapropter decet non varias opiniones inspicere, sed ex ipsis rebus iustitiam ponderare. Omnia siquidem Gracorum noua; & hinc (vt ita dicam) nuperq; facta cognoui: hoc est, fabricam ciuitatum & administrationes artium conscriptionesque legum: cunctarumque rerum iuriis apud eos est histotia diligentia conscribendæ. Apud Egyptios autem, atque Chaldeos & Phoenicas (desino enim nos illis connuherare) sicut ipsi fatentur, res gestæ antiquissimam & permanentem habent memoriam traditionem. Nata & locis omnes inhabitant, quæ nequaquam aeris corruptioni subiaceant: & multam prouidentiam habuerint, ut nihil

horum

horum quæ apud eos aguntur sine memoria relinquuntur: sed in publicis conscriptionibus semper à viris sapientissimis dicerentur. Græcorum vero regionem innumeræ corruptiones invaserunt, serum memoriam delentes. Qui autem nouas constituentes conuersationes, omnibus se primos esse credidere, sciant quia etiam sero vix naturam potuerunt agnoscere literarum. Nam antiquissimum earum usum habuisse creditur Phœnicibus, & à Cadmo se didicisse gloriantur. Sed neque illo tempore poterit aliquis demonstrare lernatam conscriptionem, neque in templis, neque in publicis anathematisbus: quando etiam de Troianis rebus, vbi tot annis militatum est, postea multa quæstio arque contentio facta est, utrum literis vñ sign: & magis veritas obtinuit, quod versus modernari literarum illis fuisse incognitus. Constat autem, quod apud Græcos nulla inuenitur conscriptio, poemata Homeri veterissior: & hunc etiam post bella Troiana fuisse manifestum est. Et aiunt neque hūc literis suum poema reliquisse; sed cantibus memoria reseruatum, postea fuisse compositum, & propterea multam in eo competiri dissidentiam. Qui autem historias apud eos conscribere tentauere, id est, Cadmus Milesius, & Acusilaus Argivus, & post hunc quicunque alii fulle referuntur, paululum tempus Persarum contra Græcos expeditionem praecessere. Sed & eos qui de coelestibus ac diuinis primitus apud Græcos sunt Philosophari, id est, Thucydudem Syriup, & Pythagoram, & Thalætem, omnes concorditer confitentur. & Egyptorum & Chaldæorum fuisse discipulos: & breviter conscriptissime, quæ à Græcis omnium antiquissima iudicantur, ita ut vix ea credant ab illis fuisse conscripta. Quomodo ergo non est irrationabile, ut tali fastu turgeant Græci, tanquam soli sciant yererat, & veritatem eorum erat tractare: aut quis non ab ipsis conscripsit, cibis facilime discat, quod neque firmiter scientes aliquid conscripsisse, sed quod vnuquisque opinatus est, hoc studuit explanare. Unde etiam libris se inuicem argunt, & valde contraria de rebus eisdem non piget eis dicere. Sed ego videbor me potiotibus esse superfluus, si explanare voluero, quantu[m] quidem locis Hellanicus ab Acusilao de genealogiis discrepat, & in quapta Hesiodum corrigit. Acusilaus, aut quomodo Ephorus quidem Hellanicum in plurimis ostendit esse mendacem, Ephorum vero Timæus, Timæum qui pestillum fuisse, Herodotum vero cuncti: sed neq; de Siculis cum Antiocho & Philisto aut Callia Timæus concordare dignatus est: neq; rursus de Atticis hi qui Attidas conscriperunt; aut de Argolicis qui de Argis historiam protrahere alterutros consecuti sunt. Et quid oportet dicere de ciuitatibus brevibusq; rebus, quando de militia Persica, & his quæ in ea sunt gesta, tantum viri probatissimi discordasse noscuntur? In multis autem etiam Thucydides tanquam fallax accusatur, licet scrupulissimam sui temporis historiam conscriptissime videatur. Causa vero huius dissonantie multæ forsitan & alia quæcunq[ue] violentibus apparebunt. Ego vero duabus quas discursum sum, maximam huius vim diuersitatis adscribo. Et quidem primo dico eam quæ mihi propior esse videtur: id est, eo quod ab initio fuerit studium apud Græcos, publicas de his quæ semper arguntur proferre conscriptiones. Hoc etenim præcipue & errorum & potestatem inentiendi posteris, vetus aliquid violentibus scriptitare, concessit. Non enim solummodo apud alios Græcos publica conscriptio est negligita: sed neque apud ipsos Athenienses, quos terrenas esse dicunt, disciplinæque cultores, aliquid huiusmodi reperitur. Sed publicarum literarum antiquissimas esse dicunt leges, quæ à Dracone eis de suppliciis sunt conscriptæ, modicum ante tempus tyranidis Pisistrati. De Atticis autem in antiquitate gloriabantibus, quid oportet dici? vix enim

Græcorū
regionem
tanumera
corruptiones
musa-
fara.

Phœnicis
& Cadmo
Græcorū
literarum
invenio-

Apud
Græcos
nulla con-
scriptio,
poemata
Homeri]
vetustiss.

Thucydi-
des scrupu-
losissimā
sue tempe-
riū histo-
riam con-
scriptis.

Causa di-
versitatu
spud in-
dores.

*Altera di-
serfatur
omnif a-
pud Gra-
cos his-
riogra-
phos.*

*Vera his-
ria indi-
cum.*

*Propofitio
quam re-
bandam
sumis lo-
ſophus.*

*Ordo pon-
tificum a-
pud Iuda-
or quis fu-
eris.*

*Pontifices
apud In-
duos a du-
obus mil-
ibus anni
denominan-
ti filii a
pare con-
scripti
funt.*

*Duo & vi-
ginti libri
et ubi met
repugnantem
f*

isti & postea literis eruditis sunt. Cum ergo conscriptio nulla præpone-
retur, qua & discere volentes doceret, & mentientes arqueret, multa
inter conscriptores discordia nata est: quoniam qui ad scribendum se
præparabant, non studium veritatis exhibuerunt; licet hæc promissio
semper habeatur in promptu: sed verborum magis habere prolationem
maximam. Et quemadmodum laudari selen hoc super alios estimarent,
ad hoc potius semetipos aptabant. Aliqui vero ad fabulas sunt conuer-
si: aliqui autem ad gratiam, aut ciuitates laudantes aut Reges: alii se-
metipos ad accusandas causas aut conscriptores tradidere: in hoc se fo-
ze probabiles estimantes, & omnino hoc agentes, quod hæfissa nimis
aduersum est. Verò siquidem historie indicum est, si de eisdem rebus
omnes eadem dicant atque conscribant. hi vero cum quedam aliter co-
scriberent quam alii, tunc se putabant omnium veraciores ostendi. Qua-
propter causa quidem verborum & calliditatis eorum, cedere nos Gra-
cis oportet: non autem de antiqua historie veritate, & maxime de reb.
propriis vniuersiisque prouinciis. Quoniam igitur apud Aegyptios &
Babylonios, ex longissimis olim temporibus circa conscriptiones dili-
gentia fuit, quando sacerdotibus erat iniunctum, & circa eas ipsi phi-
losophantur: Chaldae vero apud Babylonios: & quia præcipue Græcis
immixti, vñi sunt Phœnicis literis, circa dispensationes vitz, & publico-
rum operum traditionem, dum consentiant omnes tacendum hoc pu-
to. De nostris vero progenitoribus, qui eandem quam prædicti habue-
runt in conscriptionibus solitudinem (definio dicere, etiam poti-
rem) pontificibus & prophetis hoc imperantes: & quia usque ad nostra
tempora cum multa integritate seruatum est, & si oportet audentius
dicere, etiam seruabitur, conabor breuiter edocere. Non enim solum-
modo ab initio probatissimos viros, & in Dei placatione præparatos,
ad hæc exercenda constituerunt: sed quatenus etiam genus sacerdo-
tum sine permixtione purumque considereret, prouiderunt. Oportet en-
im eum qui sacerdotium habiturus est, ex eiusdem gentis nasci mulie-
re: & neque ad pecunias, neque ad honores inspicere, & genus per an-
tiquam lineam & multis testibus approbare. Quod seilicet agimus non
solum in ipsa Iudea: sed vbiunque nostri generis constitutio reperi-
tur, etiam ibi integritas ista seruatur circa nuptias sacerdotum, hoc est,
in Aegypto & Babylonie, & quocunque terrarum orbe quilibet de sa-
cerdotum genere, sunt dispersi. Mittunt enim in Hieropolymam con-
scribentes à patre nomen nuptiæ, & antiquorum progenitorum, qui-
cunque huius rei testimonia præbuere. Si autem bella proueniant, sic
ut iam crebro factum est, dam Antiochus Epiphanes ad nostram veni-
set regionem, & Pompeius Magnus, & Quiatilius Varus, & præcipue
nostris gesta temporibus, tunc hi qui de sacerdotibus supersunt, ex anti-
quis literis iterum nouas cōficiunt, & probat mulieres, quæ reliquuntur. Non enim ad captivas accedunt, alienigenarum consortia formi-
dantes. Indicium vero integratatis hoc maximum est: quia Pontifices
apud nos à duobus millibus annis denominati filii à patre conscripti
sunt. His autem qui prædicti sunt, si quid prævaricentur, interdictitur
ne vel ad altare accedant, vel alia sacrificatione fungantur. Reste siquidem,
potius autem necessarie, cum neque conscribendi potestas qmni-
bus data, neque vlla sit in descriptione discordia: sed solummodo pro-
phetis antiquissima quidem & veterima secundum inspirationem fa-
ctam à Deo cognoscendibus, alia vero suorum temporum, sicuti sunt fa-
cta palam conscribentibus, infiniti libri non sunt apud nos discordantes
& ubi met repugnantem: sed solummodo duo & viginti libri, habentes
remotis rotius conscriptionem: quorum iuste fides admittitur. Horum

ergo quinque quidem sunt Moscos qui nativitates continent, & humanae generationis traditionem habent usque ad eius mortem. hoc tempus de tribus milibus annis paululum minus est. A morte vero Moscos usque ad Artaxerxes Perseum Regem, qui fuit post Xerxem, prophetae suorum temporum res gestas conscripserunt in tredecim libro. Reliqui vero quatuor, hymnos in Deum, & ritus humani precepta noscuntur continere. Ab Artaxerxes vero usque ad nostrum tempus singula quidem conscripta, non tam priori simili fide sunt habita, eo quod non fuerit certa successio prophetarum. Palam namque est ipsis operibus quemadmodum nos propriis literis credimus: tanto namque seculo iam praetedito neque adiudicere quicquam aliquis, nec auferre, nec transformare presumpt. Omnibus enim insertum est max ex prima generatione iudeis, hoc diuina dogmata nominare, & in his utique permanere: & propter ea, si oporteat, moti libenter. Iam itaq; multi captiuorum frequenter tormentis affecti sunt, & mortes varias in theatris sustinuerunt, ne validum verbum contra leges admitterent, aut conscriptiones auitas violarent. Quis Graecorum aliquid tale persepsius est? quando neq; fortuitam sustinere lesionem volunt: licet omnia apud eos scripta destruantur. Verba enim huc esse patant secundum concubientium voluntates exposita. Et hoc iuste etiam de antiquis sapient, quoniam aliquos nunc quoque vident presumentes de his rebus conscribere, quibus neq; ipsi interfuerunt, neq; credere scientibus acquiescent. Deniq; de bello quod apud nos contigit nuper, quidam historias conscribentes ediderunt: cum neque ad ea loca venerint, neque in proximo serum gestarum fuerint: sed ex auditu quazdam pauca componentes, impudenter semetipso videantur historias nomine iactitare. Ego vero & de omni bello, & quod ibi particulariter gesta sunt, veram descriptionem feci: cum ipse rebus omnibus interfuerim. Dux etenim apud nos Galiliorum eram, donec fuit defendendi facultas. Coatigit autem ut capteret Romanis, & habentes me Vespasianus & Titus in custodia, vniuersa semper inspicere faciebant, primo quidem vindictum: postea vero solutus cum Tito ab Alexandria propter obfessionem Hierosolymorum directus sum. Et tempore nihil est gestum, quod meam potuisset latere notitiam. Nam viens Romanorum exercitum, vniuersa cum diligentia describem. Et ea quod nunciabantur ab his qui semetipso tradebant, ego solus integrus intelligens disponebam. Deinde Roma tempus vacationis habens, omni iam negotio preparato usus aliquibus cooperantibus mihi propter eloquentiam Graecam rerum eruditionem exhibui. Tentaque mihi securitas assuit veritatis, ut primos omnium Imperatores bellum Vespasianum & Titum testes non expauefcerem. Primum namque illis obtuli libros: & post illos multis quidem Romanorum qui bellis interfuerunt, plurimis vero nostrorum etiam eos venum dedi, qui Graeca eruditione videbantur imbuiri, quorum est Julius Archelaus, Herodes hesterninus, & ipse admirabilis Rex Agrippa. Isti siquidem vniuersi testimonium perhibuerunt, quod veritas diligenter excolui: non dissimulatari si quid gestorum per ignorantiam aut per gratiam commutasse aut prætermissem. Quidam vero prout homines derogant, mea historia sunt consti, tanquam in scholis adolescentium themata exercentes, & accusationis insperata atque detractionis facientes opus: cum oporteat illud sciri, quod conuenit promittentem aliis rerum veracium traditionem, ipsum prius haec nolle certissime, aut nebus gestis adhucendo, aut ab scientibus consulendo. Quod ego prædicta virtusque metredo fecisse opus. Antiquitatis namque libros sicut dicitur ex voluminibus sacris interpretatus sum, cum eissem gene-

Gratorū
cum In-
dai com-
paratio.

De bello
Iudaico
quidam
historias
conscrip-
ta.

Iosephus
bello Iu-
daico sem-
per inter-
fuit.

Iosephus
Roma bo-
li Iudaic
historiam
cōscriptis.

Iosephus
libros suis
plurimis
ex annis de-
dit.

Iosephus
libros qui-
dam bla-
phemant.

ze sacerdos, & participarem illarum sapientiam literarum. Histriam vero belli conscripti, multarum quidem actionum ipse operator, plurimarum vero inspectio existens: de omnino eorum que dicta vel gesta sunt nihil ignorans. Quomodo ergo non procaces quilibet existimabit eos, qui aduersam me nituntur de veritate contendere? Qui licet imperatorum commentarios legisse dicuntur, non tamen nostrorum repugnantium rebus interfuerent. De his rebus itaque necessariam feci digressionem, significare volens facultatem eorum, qui historiam scribere promittunt. Et sufficienter, sicuti reor, declaravi, quod conscriptio rerum apud barbaros potius solennior, quam apud Graecos est.

Duo de
qui b. agit
Iosephus.

Volo autem paululum prius disputare aduersus eos, qui contendunt, nouellam esse nostram conuerationem, eo quod nihil de nobis, ut aiunt illi, dictum sit à conscriptoribus Graecis: Deinde testimonia antiquitatis ex aliorum literis exhibeo: & eos qui nostrum blasphemant genus, nulla ratione blasphemare monstrabo. Nos igitur neque regionem maritimam habitamus, neque mercionis gaudemus, neque per hoc alterutris peregrinationibus fatigamur. Sed nostre ciuitates procul à mari sitae sunt: regionemque uberrimam possidentes, in ea assidue laboramus, præcipue circa filiorum nutrimenta studentes, legumq; studiam: & traditionem pietatis, totius opus vitz necessarium iudicamus. Cum accedat igitur his que prædicta sunt, etiam viuendi ratio propria, nihil sicut antiquis temporibus quod faceret nobis commercium Graecorum: sicut Ægyptiis mercionia, qua ab eis exportantur, & ad eos rursus importantur: itemque habitatoribus Phœnicie maritimæ, studentibus circa contractus, atque negotia amore pecunie requifita. Sed neq; circa latrocinia sicut quidam alii vacuere, aut amplius habere concupiscentes patres nostri ad bella conuersi sunt, licet regio nostra multa millia virorum fortium possideret. Phœnices ergo propter negociationem ad Graecorum prouinciam nauigantes, repente sunt agniti, & per illos Ægyptii, & omnes à quibus ad Graecos onera denehebant, immensa maria proscindentes. Medi vero postea atque Persæ palam in Asia regnauerunt, & vsq; ad alteram continentem Persæ militauerunt: Thraces autem propter vicinitatem, & Scythæ ab his qui Pontum nauigant, cogniti sunt: & omnino vniuersi iuxta mare vel orientale vel helisperium habitantes, aliquid conscribere violentibus cogniti facti sunt. Qui vero superius habitabant, & procul à mari, multis sunt temporibus ignorati. Et hoc apparet etiam circa Europam contigisse: quando de Romanorum ciuitate tam longo tempore adepta potestatem, tantaque bella conficiente, neque Herodotus neque Thucydides, nec vilus qui sicut cum istis, fecit aliquam mentionem, sed sero tandem & vix ad Graecos potuit eorum venire notitia. De Gallis enim & Hispanis sic ignorauere hi, qui putantur diligentissimi conscriptores, quoq; est Ephorus, vt vnam ciuitatem esse arbitrarentur Iberos, qui tantâ partē occidentalis terra noscuntur inhabitare. Et mores eorū, qui neque sunt apud eos, neque dicuntur, referunt. Causa vero ignorantie veritatis est, quod procul abessent; vt autem falsa conscriberent, quod vellent videti aliquid amplius quam alii retulisse. Quomodo ergo mirari decet, si neque nostra gens plurimis erat nota, neq; ad scribendum de se aliquam dedit occasionem, & ita diffusa procul à mari, & talibus institutis viuens? Pone igitur nos argumento vni velle Graecorum, quod non sit genus eorum antiquum, eo quod nihil in nostris voluminibus de eis sit dictum: nonne omaino deridebunt causas huiusmodi à me prolatas, & rectes vicinæ regionis adducerent antiquitatis suis? Igitur & ego hoc conabor efficere. Ægyptii enim & Phœnicibus præcipue

Filiorum
apud Iudeas
adversatio.
Nihil fuisse
anti-
quum tem-
poribus,
quod face-
ret Iudeis
commer-
cio Gra-
corum.

Romanorū
notitia
sere ad
Graecos
pertinet.

Hiborigraphi
quidam Hi-
spaniam
maris tâ-
tummodo
esse ciuita-
tem arbit-
rari sunt.

Argumē-
ta, Indoe-
rum gen-
antiqius
Graecorū
genses.

10

20

30

40

testibus utar, cum nullus eorum potuerit tanquam falsum accusare testimoniū. Et videntur maxime erga nos iniqui in communī quidem omnes Agyptij, Phœnicum vero Tyrij. De Chaldais autem nequam hoc dicere potero, quoniam & generis nostri Principes constituti sunt, & propter cognitionem in conscriptionibus suis meminere iudiciorum. Cum vero fidem de his præbuerō, & blasphemias falsas ostendero, tunc etiam Græcorum conscriptores memorabo, qui iudiciorum fecere mentionem: ut neque huiusmodi occasio relinquantur in Iudeis nobis facienda contentiōnis. Inchoabo autem primum à literis Agyptiorum, quas non arbitrantur commendare quæ nostra sunt. Manethon itaque genere vir Agyptius, Græca disciplina eruditus, sicuti palam est (scriptū enim sermone Græco) paterꝝ religiosas historias ea factis (sicuti ait ipſe) interpretatas libris, frequenter aruit Herodotum in Agyptiacis ignoratione mentitum. Is Manethon in secundo Agyptiacorum hzc de nobis scriptus. Ponam vero etiam verba eius, tanquam illum ipsum adducons testem. Fuit nobis Rex, Timanus nomine, sub hoc nescio quomodo Deus iratus fuit: & præter spē ex partibus orientalibus homines, genere ignobiles, adepta fiducia in prouincia castra metati sunt. Et facile ac sine bello eam potenterque ceperunt: & principes eius alligantes, de cetero ciuitates crudeliter incendere: & Deorum templa euertere. Erga omnes vero prouinciales intimicissime se gesserunt, alios quidem perientes, aliorum vero & filios & coniuges in servitutem redigentes: nouissime vero & vnum ex se fecere Regem, cui nomen Saltis. Hic in Memphis veniens, superiorc inferiorque prouincia tributaria facta, præsidia relinquens opportunitys locis, maxime partes muniuit orientales, prospiciens quod Aſytij aliquantò potentiores, erant desideraturi regnum eius innade- te. Inueniens autem in prefectura Saite ciuitatem opportunissimam, positam ad orientem Bubastis fluminis, quæ appellabatur à quadam antiqua theologia Auaris, hanc fabricatus est, & muris maximis com- muniuit, collocans ibi multitudinem armatorum, usque ad ducenta quadraginta milia virorum eam custodientium. Hic autem mensis tempore veniebat, tam ut frumenta meteret, & mercedes exolueret, quam ut armatos ad terroram extraneorum diligenter exercitaret. Qui cum regnasset decēm nouem annis, vita priuata est. Post hunc autem regnauit alter quatuor & quadraginta annis, Beon nomine. Post quem alius Apachnas, sex & trigesita annis, & mensibus septem. Deinde Apochis, viuum & sexagesita & Ianias quibusquaginta, & mense uno. Post omnes autem Alis nomen & quadraginta, & mensibus duobus. Et isti quidem sex apud eos fuere primi Reges; debellantes semper, & maxime Agypti radicem amputare cupientes. Vocabatur autem gens eorum Hyclos, hoc est, Reges pastores. Hyc enim secundum sacram linguan Regem significat: Sos vero pastorem sive pastores, secundum communem dialectum: & ita compōstum inuenitur Hycos quidam vero dicunt eos Arabas esse. In aliis autem exemplaribus non Reges significari comp̄ri per appellationem Hyc, sed è diuerso captiuos declarati pastores. Hyc enim Agyptiacal lingua, & hac, quando denso sono profertur, captiuos apte significat: & hoc potius venustum mihi videtur, & historiz antiquus conueniens. Hos ergo quos prædiximus Reges, & eos qui pastores vocabantur, & qui ex eis fuerit, obtinuisse Agyptū ait annis undecim & quingentis. Post hanc autem Regum Thebaidis & Agypti reliquæ factam dicit super pastores invasionem, & bellum maximum & diuturnum eis illatum. Sub Rege vero cui nomen erat Alisfragmuthofis, viatos dicit pastores, & aliam quidem vni-

Manethō,
Agypti
historie-
graphus.

Saltis A
gyptius in
suā po-
stam re-
degit.
Saite ci-
uitas ad
orientem
Bubastis
fluminis
posita.

Reges pa-
storiū ve-
casi.

uersam Aegyptum perdidisse. inclusos autem in locum habentes mensuram iugerum decem milium, cui loco nomen est Auaris. Hunc Manethon dicit omnem maximo muro atque robustissimo circumdasse pastores, quatenus & omnem possessionem munitam haberent, simul & predam suam. Filium vero Alias fragmuthoseos Themosin sonatum eos vi expugnare, cum quadringentis octoginta millibus armatorum eorum muros obledisse. Cum vero obfidium desperasset, pastores cum eis facisse, ut Aegyptum relinquentes quo vellent innokij omnes abirent. Illos vero his promissionibus impetratis, cum omni domo & possessionibus non minus ducenta quadraginta milia numero ex Aegypto per desertum in Syriam iter egisse: & inuenientes Assyriorum potentiam (tunc enim illi Asiam obtinebant) in terra qua nunc Iudea vocatur, ciuitatem edificasse, que tot millibus hominum sufficeret posset, eamque Hierosolymam vocatas. In alio vero quodam libro Aegyptiorum Manethon hanc ipsam gentem, id est, qui vocabantur pastores, in sacris suorum libris captiuos asscriptos rectissime dixit. Nam antiquis progenitoribus nostris pascere mos erat: & pascualem habentes vitam, vocabantur ita pastores. Sed & captivi non temere ab Aegyptis diicti sunt: quoniam progenitor noster Joseph dixit ad Regem Aegyptiorum, se esse captiuum: & fratres in Aegyptum postiuit euocauit, Rege prcipiente. Sed de his quidem in aliis examinationem subtilius faciemus. Nuncaarem huius antiquitatis producam testes Aegyptios, rursumque quomodo se habeant verba Manethonis circa ordinem temporum aperte describam: sic enim ait: Postquam egressus ex Aegypto populus pastorum ad Hierosolymam, expulso eorum Rex Themos regnavit post hec annis viginti quinq; & mensibus quatuor, & defunctus est. Assumpfirque regnum filius Chebron annis undecim, post quem Amenophis viginti & mensibus septem. huius autem soror Amenophis annis viginti uno, & mensibus nouem. Mephites autem duodecim, & mensibus novem, Mephramuthos viginti quinque & mensibus decem. Themos autem novem, & mensibus octo. Amenophis vero triginta & mensibus decem. Orus vero triginta sex, & mensibus quinque. Huius autem filia Accencheres, duodecim, & mense uno. Rethotis vero frater nouem. Accencheres autem duodecim, mensibus quinque. Accencheres alter duodecim, & mensibus tribus. Armais vero quatuor, & mense uno. Armelis autem uno, & mensibus quatuor. Armelisimam vero sexaginta sex, & mensibus duobus. Amenophis autem novendecim, & mensibus sex. Sethosis autem equates & nauales copias habens, fratrem quidem Armai procuratorem Aegypti constituit, & omnem ei aliam regalem contulit potestate, tantummodo autem diademate uti prohibuit, & ne Reginam matrem liberorum opprimere impetravit, & ut abstineret etiam ab aliis regalibus concubinis. Ipsi vero ad Cyprum & Phoenicem, & rursus contra Assyrios atq; Medos casta meratus, viueros quidem, alios ferro, alios sine bello terrore magna virtutis similes subiugauit. hic vero felicitatibus eleuatus confidentius incedebat, orientales urbes ac provincias subuentendo, multoq; tempore procedente Armai, qui in Aegypto fuerat derelictus, omnia contra quam frater agere monuerat, sine timore faciebat. Nam & Reginam violenter obiecit, & alii concubinis sine pascuere iugiter miscerabatur: persuasusq; ab amicis & diadematice uteretur, & fratri rebellabat. Is vero qui constitutus erat super sacra Aegyptia, codicilos Sethosis misit, cuncta significans, & quia rebellaret ei Iuuus frater Armai. Qui repente ad Pelusium desinuit, & proprium tenuit regnum. Provincia vero vocata est ex eius nomine Aegyptus. Dicite anim

Reges Aegyptiorum cum pastores passi.

Edificatio Hierosolyma. Iudei cum olim pastores & captiui dicti.

Nomina Reges Aegyptiorum, ubi successione.

Sethosis Aegypti Rex, frater Armai. Opis propter fraterem cooptatus.

10.

20.

30.

40.

50.

quod

quod Sethosis Aegyptus vocabatur. Armais autem fratre eius Danaus. Hec quidem Manethon. Palam vero est, ex predictis annis tempore computato, quod qui vocabantur pastores, id est, nostri progenitores, ex Aegypto liberati, ante tres & nonaginta atque trecentos annos hanc prouinciam inhabituere, quam Danaus ad Argos accederet; licet hunc antiquissimum Argui esse confidant. Duas igitur res Manethon maximas pro nobis Aegyptiis literis protestatus est: primam quidem, quia aliunde venerunt ad Aegyptum: dein egressum eorum exinde, ita temporibus antiquissimum, ut pene mille annis bellum praecedat Iliacum. Ea vero quae Manethon non ex Aegyptiis literis, sed (sicut ipse confessus est) ex fabulis quorundam sine nomine, adiecit, postea particulariter redargutam, ostendens ea sine verisimilitudine esse mendacia. Sed volo ab istis rursus migrare ad ea, quae apud Phoenicas de nostro genere conscripta sunt, & eorum testimonio declarata. Sunt itaque apud Tyrios multorum annorum publicæ literæ, & conscriptiones diligenter custodite, ex his quæ apud eos facta & inuicem gesta noscuntur, quæ tamen memorie digna sunt. Inter haec ergo conscriptum est, quia in Hierosolymis adificatum est templum à Salomone Rege, ante annos centum quadraginta tres, & menses octo, quam Tyrii Carthaginem condidere. Descripta vero est apud illos constructio templi nostrí. Hiramus enim Tyriorum Rex amicus erat Regi nostri Salomonis, paternis amicitiis ei deuinctus. Is ergo munificentiam suam exhibens ad claritatem Fabricæ, præbuit Salomoni auri quidem viginti & centum talenta: incidentque pulcherrimam syluam in monte, qui Libanus nuncupatur, ad cameram destinauit ei. Quem redonauit Salomon & aliis multis rebus, & terra Galilee regionis, quæ Zabulon vocatur. Præcipue autem ei amicitiam sapientiz concupiscentia conciliavit. Problematæ enim soluenda alterutris dirigebant, & melior in his Salomon erat, & in aliis sapientior apparebat. Haecne vero servabantur apud Tyrios epistolæ multæ, quas illi scripsere ad inuicem. Quod autem non singam de Tyriorum literis, testem producam Diuum qui in Phœnicum historiam integrissimus approbatus est. Is igitur in Phœniciis historiis hoc modo scribit. Abibalo moriente, filius eius Hiram regnauit. His partis orientalis ciuitates ampliauit, urbem potiorem fecit: & Olympij lous templum, quod in insula situm erat, iactis igeribus urbi adiunxit, & aureis anathematibus exornauit. Ascendens autem in Libanum, sylvas incidit ad templorum adificationem. & regem vero Hierosolymorum Salomonem misere dicunt ad Hiramum quod amazigmata, & poposcisse ab eo, adiecto ut qui non posset discerne, pecuniam toluerint periolueret: confessumque Hiramum, non te posse tollere propositas quæstiones, multis pecuniis multatum. Deinde Abdemonum quandam, virum Tyrium, propositas soluisse quæstiones: ipsumque alias proposuisse, quas si non solueret Salomon, multas rursus pecunias Hiramo Regi conferret. Dius igitur hoc modo de predictis testimoniis perhibuit nobis. Sed post hunc producam Menandrum quoq; Ephesiūm. Is enim singulorum Regum actus conscripsit apud Grecos & Barbaros, studens ex prouincialibus vniuersitatis loci literis, historiz veritatem pandere. Scribens enim de his qui in Tyro regnarent, & deinde veniens ad Hiramum Regem, sic ait: Mortiente vero Abibalo, successit in eius regno filius eius Hiramus, qui vivit annis triginta quartuor. Hic aggerè coniuxit Lycchorum, auseamque ibi columnam lous in templo reposuit: & ad syluam lignorum profectus, abscedit de monte qui Libanus appellatur, ligna cedrina ad tegmina facienda templum. Demolitusque antiqua delubra, noua

Aegypt
undatia.

Iudeorū
ad Aegyptum adueniē
rundemq;
egressum
ostendit
Manethō.
In Hierosolymis adificatum
est tem
piū à Sa
lomone Re
ge ante
an. 143.

& mensis
8. quæ
Tyri Car
thaginem
condidere.

Tyriorum
Regi &
Salomo
ni amici
ria.

Hiram
& Salomo
ni pro
blematæ.

Menātri
Ephesi
us.

tempa ædificauit. Herculisque & Astartes fana dedicauit, Herculis primum exstruc^to mense Peritio, deinde Astartes; quando castra mouit aduersus Tyrios, minime tributa reddentes: quos etiam subdens sibi met, denuo remeauit. Sub hoc fuit Abdemons puer iuuenis, qui semper parabolæ soluebat, quas Salomon Hierotolymorum Rex dictabat. Supputatur vero tempus ab hoc Rege usque ad costru^ctionem Carthaginis, hoc modo; Moriente Hiramo succedit in eius regno Beleastartus filius, qui cum vixisset annis quadraginta tribus, septem regnauit annis. Post huc Abdastartus filius cum vixisset annis viginti, regnauit nuncem. Hunc filij nutricie eius quatuor insidiis peremete: quorum senior regnauit annis 12. Post quos Astartus filius Belastartus regnauit. Qui cum vixisset annis quadraginta quatuor, regnauit annis 12. Post hunc frater eius Astarimus: & hic vixit annis quatuor & quinquaginta, regnauit annis nouem, & peremptus est a fratre Phellete: qui suscipiens regnum, mensibus imperauit octo, cum vixisset annis quinquaginta. Hunc peremit Ithobalus Astarte sacerdos: qui cum vixisset annis sexaginta octo, regnauit annis triginta duobus. Huic succedit Badezorus filius: qui cum vixisset annis 45. regnauit sex. Huic successor factus est Meticius filius: qui cum vixisset triginta duobus, novem regnauit annis. Huic successor fuit Pygmalion, qui annos egit in sua vita quinquaginta sex, ex quibus 40. tenuit principatum. huius regni anno septimo, soror Dido in Africa ciuitatem ædificauit Carthaginem. Itaque colligitur tempus à regno Hitami usque ad ædificationem Carthaginis, annorum 155. & mensium 8. Cum vero duodecimo anno huius regni, in Hierosolymis ædificatum sit templum, sit ab ædificatione templi, usq; ad cōstru^ctionem Carthaginis tempus annorum 144. mensium 8. Testimoniò siquidem Phœnicum quid amplius oportet apponi? Cernitur ipsa veritas fortiter approbata: & multo clarus apparet, quoniam praeedit confru^ctionem templi progenitorum nostrorum ad prouinciam hanc aduentus. Cum enim eam vniuersitatem bello tenuissent, tum demum templum ædificare coepere: & hæc aperte ex literis sacris etiam à me in Antiquitate manifestata sunt. Nunc itaque sunt dicenda ea, quæ apud Chaldaeos noscuntur esse conscripta, & de nobis in historia sunt relata. Quæ multam habent concordiam cùm nostris voluminibus, etiam de aliis rebus. Testis autem horum est Berosus vir generè quidem Chaldaeus, notus autem eis qui doctrinæ eruditioique congaudent: quoniam de Astronomia & Chaldaeorum philosophia ipse Græcas conscriptiones edidit. Igitur Berosus antiquissimas securas historias, de facto diluvio, & hominū in eo corruptione, sicuti Moses, ita conscripsit: simul & de arca, in qua generis nostri princeps seruatū est, de qua scilicet ea in summitatem montium Armeniorum. Deinde scribens eos qui ex Noe progeniti sunt, & tempus eorum adiiciens, usque ad Nabularum peruenit, Babyloniorum & Chaldaeorum regem & huius actiones exponens, narrat: quemadmodum misit in Ægyptum & ad nostram terram filium suum Nabuchodonosorem multa potentia: quidum rebellantes eos iuuenisset, omnes suo subiecit imperio: & templum in Hierosolymis, concremauit: cunctumq; generis nostri populum auferens, migravit in Babylonem. Vnde ciuitatem contigit defolari annis 70. usque ad Cyrum regem Persium. Dicit autem quod tenuerit Babylonius Ægyptum, Syriam, Phœniciam, Arabiam, vniuersos priores Chaldaeorum & Babyloniorum Reges exactionibus suis excellens. Ipsa vero verba, quæ Berosus protulit, hoc modo dicta, necessario proférenda sunt. Audito autem pater eius Nabularus, quod satrapa constitutus in Ægypto & Syria inferiore & Phœniciæ

*Abdemon
nus.*

*Hiram
Regu; e-
nealogia.*

*Carthago
& Didone
Pygmalio
nu forere
in Africa
extructa.*

*Berosus
historio-
graphus
genero
Chalda^o.*

*Nabula-
sarus, Na-
buchodo-
nosoru pa-
rens, Ba-
byloniorū
& Chal-
daeorum
Rex.*

*Nabucho-
donosor re-
bellantes
imperio
suo sub-
iicit.*

10.

20.

30.

40.

50.

60.

bel-

bellarer, cum non valeret iam ipse labores ferre, tribuens filio suo Nabuchodonosori ~~estate~~ valenti partem quādam exercitus contra eum misit. Nabuchodonosor autem cum satrapa desertore congressus, prouinciam quā ab initio eorum fuerat, ad proprium reuocauit imperium. Eodem vero tempore, contigit pātre ē eius Nabulassarum, cum zgo tasset, in Babylonia ciuitate defungi, qui regnauit annis 29. Nabuchodonosor autem post multum tempus mortem patris cognoscens, & negotia Aegyptiacā disponens, reliquarūque prouinciarū, & captiuos Iudeorum & Phœnicum atque Syrorum, qui in Aegypto fuerant, commendans quibusdam amicis, vt cum exercitu & impedimentis perdūcerentur ad Babyloniam, ipse cum paucis iterū aggrediūs pēt desertum Babylonem venit: reperiensque cuncta à Chaldais dispensari, seruatūq; regnum ab optimatibus eorum, dominus factus totius paterni principatus, captiuis quidem aduentientibus precepit habitaculā in opportunitissimis Babyloniz locis ~~ad~~ificare. ipse vero ex manubiis templū Beli ac reliqua munificentissimē excoluit: & veteri urbi alteram extinsecus adiecit. Et prouiso ne posthac possent hōstes flumium conuerte & ad urbem accedere, tres interiori ciuitati pet circuitum muros, totidem exteriori, hōs coēto latere, illos addito etiam bitumine, circuitus dedit: tum sic communis portas quā vel templum deceant addidit ad hoc iuxta paternam regiam, alteram sumptuosiorem multo ampliorēque extitxit: cuius ornatū exponere fortasse longum esset: illud memoratu dignum, quod h̄c adeo superba supraque fidem magnifica, if. dierum ipso perfecta est. In eo lapidea moles excelsas excitauit, aspectu montib. assimiles, omnique generi arborum consitas. Horum quōq; penitēm fecit, fama nobilēm: eo quod vxor eius montanum prospectum desideraret, in Medorum regione educata. Hac itaque retulit de p̄zdi & rege, & multa super h̄c in libro Chaldaicorum: in quo culpat coherēptores Grecos, quasi vane arbitratos, à Semiramide Assyria Babylonēm ~~ad~~ificatām, & mira operā ab illa circē eā fuisse constrūcta, false conscripsisse dicens. Ipsam certe Chaldaicorum coniunctionē fide dignām existimandū est, quando cum archiuis Phœnicum concordare videntur, quā ex Beroso conscripta sunt de rege Babyloniorum: quoniam & Syria in & viueſam Phœnicō ille subuerit. In his sane consonat & Philostratus in historiis, dum Tyrī meminit obſidianis & Megasthenes in quarto Indicorum: ubi declaratē contendit. p̄dītū regēn Babyloniorū Heculēm fortitudine & terum- gestarum magnitudine p̄cessisse. Dicit enim eum & maximani Africī p̄partem, & Hispaniam subiugasse. Quā vero de templo Hiērosolymorum relata sunt, & concretam esse à Babylonīis, & cœptum rufūs ~~ad~~ificati Cyro tenente Asiz principatum, ex dictis Berosi declarāmus. Sic enim in tertio libro dicit. Nabuchodonosor itaq; posteaquam inchoauit p̄dictum murum, itidēn in lānguorem, de vita migrauit; cum regnass̄ annis 19 tribus & quādraginta. Huius regni dominus effidus filius eius Zelmaradōchus, proprie iniquitates & libidines passus insidias à marito sororis suz Nitiglissoroore peremptus est, cum duobus regnasset annis. Quo defuncto sumens regnum qui ei fecit insidias Nitiglissoroōt, annis regnauit quartiō. Huius filius Laborosar dochus, principatum quidem tenuit puer existens mensibus nouem: insidias vero passus; eo quod nimis appāret malorum esse morum, ab amicis extinctus est. Hoc itaque perempto, conuenientes hi qui fecerant insidias, communi suffragio regnauit tradidere Nābonido cuiādam qui erat ex Babylonē ex eadem gente. Sub hoc muri circa fluuiū Babylonīa ciuitatis ex latere coēto & bitumine sunt constrūcti. Ctius

Nabuchodonosor
patri in re
gnō succēdit.

Beli pri-
mū Rex
Aſſyrī-
um.

Nabuchodonosor
rāgiū ex-
istit.

Babylonē
a Semira-
mide non
adificatā.

Babylo-
niorū rex
Herculem
sorritas
ne & rē
gefarium
magnitu-
dine pre-
cessit.

Nabuchodonosor
succēdet,
Babylo-
nia mūri
ex latere
coēto &
bitumine
constrūcti.

regni anno septuaginta egressus Cyrus ex Perside cum magno exercitu, vniuersa Asia subacta, impetum fecit in Babyloniam urbem. Seiantis autem Nabonidus invasionem eius & occurrentis cum exercitu suo, atque congregatus pugna, vicit & cum paucis fugatis inclusus in Borsippensem ciuitatem. Cyrus autem Babyloniam obfides, & deliberans extiores muros depouere ciuitatis, eo quod nimis videretur munita, & esset ad capiendum valde difficultis, reuersus est ad Borsippum, Nabonidum expugnaturus. Nabonido vero oppugnationem non expectante, sed prius supplicante, vsus clementia Cyrus, & datus ei habitaculum in Carmania, expulit eum à Babylone. Nabonidus itaque reliquum vitæ tempus in illa prouincia conuersatus est. Hæc concordant cum nostris. Scriptum namque in eis est: quod Nabuchodonosor octauodecimo regni sui anno¹, templum nostrum ad desolationem usque perduxit, & fuit exterminatum annis 7. Secundo vero anno regni Cyri fundementis depositis, rufius secundo regni Darijan-
que tenuere: qui scilicet vnam diem ex suo totius seculi non habuerent libertatem, neq; apud iudigenas dominos, neque apud externos. Nam quemadmodum eis vli sunt Persæ, non semel solummodo, sed frequenter vastantes vrbes, templa euerentes, putatos apud eos interficienes Deos, impropere non studeo. Non enim conuenit stultitiam nos indecet Apionis invitati: qui neque casus Atheniensium, neq; Lacedæmoniorum animo suo cōcepit, quorum hos quidem fortissimos, illos religiosissimos, omnes affirmant. Taceo Reges pietate celebres, inter quos Crœsus, quam diuersi vitz sunt calamitatibus sauciati. Taceo incensum Atheniensium arcam, templum Ephesianum & Delphicum, aliaque multa: hic nemo calamitatem passis, sed potius inferentibus intulit impropria. Nouus autem accusator nostrorum Apion inuentus est, malorum suorum apud Aegyptum gestorum prossus oblitus. Sed Sesostris eum, quem refert fabula Regem fuisse Aegypti, vt creditur, excecauit. Veruntamen possumus & nos dicere nostros Reges David & Solomonem, qui multas subdidere gentes. Sed de his modo supersedendum est: quæ vero cunctis nota sunt, Apion modis omnibus ignorauit: quoniam Persæ, & post illos principibus Asiria Macedonibus, Aegyptii quidem seruete, nihil differentes à famulis. Nos autem liberi consientes, etiam ciuitatum in circuitu positarum, tenuimus principatum annis viginti & centum, usque ad Pompeium Magnum. Et dum vniuersi Reges sunt expugnati à Romanis, omnium soli propter fidem suam maiores nostri & socii & amici fuere. Sed viros mirabiles non prebuiimus, velut quarundam artium inventores, & sapientia præcelletes: & inter hos enumerat Socratem, & Zenonem, & Cleanthem, & alios huiusmodi. Deinde quod potius est mirandum, semetipsum his adiecit, & beatificat Alexandriam, quia ciuem talen habere meruit, quod rite facit. Oportebat enim ut ipse sui testis existaret, qualius omnib. sic importunus & callidus esse videbatur, & vita verboque corruprus. Quapropter recte quilibet Alexandriæ condolebit, si super isto aliiquid magni sapuerit. De viris autem qui fuere apud nos titulus nullo laudis inferiores, sciunt qui voluerint nostræ antiquitatis libris incumbere. Reliquæ vero quæ in accusatione conscripta sunt, dignum erat forte sine satisfactione linquere, ut ipse sui potius & aliorum Aegyptiorum accusatore extaret. Queritur enim eo quod animalia cōsuetas sacrificemus, & non vescimur carnibus suis: sed & circumcisionem genitalium vehementer irridet. De nostrorum quidem animalium peremptione, communio nobis est cum aliis hominibus vniuersis. Apion autem sacrificantes non redarguens, indicat semetipsum genere esse Aegyptium. Non enim Græci si esset aut Macedo, hoc moleste ferret. Iste enim vouent sacrificare hecatombas suis Diis, & Sacerdotibus vtruant ad epulas. Quæ cum ita sint, non propterea contigit mundum animalibus defolari, quod Apion exposuit. Qui tamen si solemnitates Aegyptiorum sequerentur, mundus desertus quidem esset hominibus, ferociissimis autem bestiis impleretur: quas ita iudicantes Deos, diligenter enutriunt, quod si quis eum consulteret, quos putaret omnium Aegyptiorum esse sapientes atque Deicolas, sacerdotes sine dubio fatetur. Hæc enim duo dicunt libimet ab initio à Regibus esse præcepta, ut Deos colant, & sapientiam diligant: quod illi facere præcipue iudicantur: qui tamen & circumciduntur omnes, & à porcinis abstinent carnibus. Sed neque vilius alter Aegyptiorum cum eis Diis sacrificato dignoscitur. Cæcus 10 30 40 50 60 70 80 90 100 110 120 130 140 150 160 170 180 190 200 210 220 230 240 250 260 270 280 290 300 310 320 330 340 350 360 370 380 390 400 410 420 430 440 450 460 470 480 490 500 510 520 530 540 550 560 570 580 590 600 610 620 630 640 650 660 670 680 690 700 710 720 730 740 750 760 770 780 790 800 810 820 830 840 850 860 870 880 890 900 910 920 930 940 950 960 970 980 990 1000 1010 1020 1030 1040 1050 1060 1070 1080 1090 1100 1110 1120 1130 1140 1150 1160 1170 1180 1190 1200 1210 1220 1230 1240 1250 1260 1270 1280 1290 1300 1310 1320 1330 1340 1350 1360 1370 1380 1390 1400 1410 1420 1430 1440 1450 1460 1470 1480 1490 1500 1510 1520 1530 1540 1550 1560 1570 1580 1590 1600 1610 1620 1630 1640 1650 1660 1670 1680 1690 1700 1710 1720 1730 1740 1750 1760 1770 1780 1790 1800 1810 1820 1830 1840 1850 1860 1870 1880 1890 1900 1910 1920 1930 1940 1950 1960 1970 1980 1990 2000 2010 2020 2030 2040 2050 2060 2070 2080 2090 2100 2110 2120 2130 2140 2150 2160 2170 2180 2190 2200 2210 2220 2230 2240 2250 2260 2270 2280 2290 2295 2300 2305 2310 2315 2320 2325 2330 2335 2340 2345 2350 2355 2360 2365 2370 2375 2380 2385 2390 2395 2400 2405 2410 2415 2420 2425 2430 2435 2440 2445 2450 2455 2460 2465 2470 2475 2480 2485 2490 2495 2500 2505 2510 2515 2520 2525 2530 2535 2540 2545 2550 2555 2560 2565 2570 2575 2580 2585 2590 2595 2600 2605 2610 2615 2620 2625 2630 2635 2640 2645 2650 2655 2660 2665 2670 2675 2680 2685 2690 2695 2700 2705 2710 2715 2720 2725 2730 2735 2740 2745 2750 2755 2760 2765 2770 2775 2780 2785 2790 2795 2800 2805 2810 2815 2820 2825 2830 2835 2840 2845 2850 2855 2860 2865 2870 2875 2880 2885 2890 2895 2900 2905 2910 2915 2920 2925 2930 2935 2940 2945 2950 2955 2960 2965 2970 2975 2980 2985 2990 2995 3000 3005 3010 3015 3020 3025 3030 3035 3040 3045 3050 3055 3060 3065 3070 3075 3080 3085 3090 3095 3100 3105 3110 3115 3120 3125 3130 3135 3140 3145 3150 3155 3160 3165 3170 3175 3180 3185 3190 3195 3200 3205 3210 3215 3220 3225 3230 3235 3240 3245 3250 3255 3260 3265 3270 3275 3280 3285 3290 3295 3300 3305 3310 3315 3320 3325 3330 3335 3340 3345 3350 3355 3360 3365 3370 3375 3380 3385 3390 3395 3400 3405 3410 3415 3420 3425 3430 3435 3440 3445 3450 3455 3460 3465 3470 3475 3480 3485 3490 3495 3500 3505 3510 3515 3520 3525 3530 3535 3540 3545 3550 3555 3560 3565 3570 3575 3580 3585 3590 3595 3600 3605 3610 3615 3620 3625 3630 3635 3640 3645 3650 3655 3660 3665 3670 3675 3680 3685 3690 3695 3700 3705 3710 3715 3720 3725 3730 3735 3740 3745 3750 3755 3760 3765 3770 3775 3780 3785 3790 3795 3800 3805 3810 3815 3820 3825 3830 3835 3840 3845 3850 3855 3860 3865 3870 3875 3880 3885 3890 3895 3900 3905 3910 3915 3920 3925 3930 3935 3940 3945 3950 3955 3960 3965 3970 3975 3980 3985 3990 3995 4000 4005 4010 4015 4020 4025 4030 4035 4040 4045 4050 4055 4060 4065 4070 4075 4080 4085 4090 4095 4096 4097 4098 4099 4100 4101 4102 4103 4104 4105 4106 4107 4108 4109 4110 4111 4112 4113 4114 4115 4116 4117 4118 4119 4120 4121 4122 4123 4124 4125 4126 4127 4128 4129 4130 4131 4132 4133 4134 4135 4136 4137 4138 4139 4139 4140 4141 4142 4143 4144 4145 4146 4147 4148 4149 4149 4150 4151 4152 4153 4154 4155 4156 4157 4158 4159 4159 4160 4161 4162 4163 4164 4165 4166 4167 4168 4169 4169 4170 4171 4172 4173 4174 4175 4176 4177 4178 4179 4179 4180 4181 4182 4183 4184 4185 4186 4187 4188 4189 4189 4190 4191 4192 4193 4194 4195 4196 4197 4198 4199 4199 4200 4201 4202 4203 4204 4205 4206 4207 4208 4209 4209 4210 4211 4212 4213 4214 4215 4216 4217 4218 4219 4219 4220 4221 4222 4223 4224 4225 4226 4227 4228 4229 4229 4230 4231 4232 4233 4234 4235 4236 4237 4238 4239 4239 4240 4241 4242 4243 4244 4245 4246 4247 4248 4249 4249 4250 4251 4252 4253 4254 4255 4256 4257 4258 4259 4259 4260 4261 4262 4263 4264 4265 4266 4267 4268 4269 4269 4270 4271 4272 4273 4274 4275 4276 4277 4278 4278 4279 4280 4281 4282 4283 4284 4285 4286 4287 4288 4289 4289 4290 4291 4292 4293 4294 4295 4296 4297 4298 4298 4299 4299 4300 4301 4302 4303 4304 4305 4306 4307 4308 4309 4309 4310 4311 4312 4313 4314 4315 4316 4317 4318 4319 4319 4320 4321 4322 4323 4324 4325 4326 4327 4328 4329 4329 4330 4331 4332 4333 4334 4335 4336 4337 4338 4339 4339 4340 4341 4342 4343 4344 4345 4346 4347 4348 4349 4349 4350 4351 4352 4353 4354 4355 4356 4357 4358 4359 4359 4360 4361 4362 4363 4364 4365 4366 4367 4368 4369 4369 4370 4371 4372 4373 4374 4375 4376 4377 4378 4378 4379 4379 4380 4381 4382 4383 4384 4385 4386 4387 4388 4389 4389 4390 4391 4392 4393 4394 4395 4396 4397 4398 4398 4399 4399 4400 4401 4402 4403 4404 4405 4406 4407 4408 4409 4409 4410 4411 4412 4413 4414 4415 4416 4417 4418 4419 4419 4420 4421 4422 4423 4424 4425 4426 4427 4428 4429 4429 4430 4431 4432 4433 4434 4435 4436 4437 4438 4439 4439 4440 4441 4442 4443 4444 4445 4446 4447 4448 4449 4449 4450 4451 4452 4453 4454 4455 4456 4457 4458 4459 4459 4460 4461 4462 4463 4464 4465 4466 4467 4468 4469 4469 4470 4471 4472 4473 4474 4475 4476 4477 4478 4478 4479 4479 4480 4481 4482 4483 4484 4485 4486 4487 4488 4489 4489 4490 4491 4492 4493 4494 4495 4496 4497 4498 4498 4499 4499 4500 4501 4502 4503 4504 4505 4506 4507 4508 4509 4509 4510 4511 4512 4513 4514 4515 4516 4517 4518 4519 4519 4520 4521 4522 4523 4524 4525 4526 4527 4528 4529 4529 4530 4531 4532 4533 4534 4535 4536 4537 4538 4539 4539 4540 4541 4542 4543 4544 4545 4546 4547 4548 4549 4549 4550 4551 4552 4553 4554 4555 4556 4557 4558 4559 4559 4560 4561 4562 4563 4564 4565 4566 4567 4568 4569 4569 4570 4571 4572 4573 4574 4575 4576 4577 4578 4578 4579 4579 4580 4581 4582 4583 4584 4585 4586 4587 4588 4589 4589 4590 4591 4592 4593 4594 4595 4596 4597 4598 4598 4599 4599 4600 4601 4602 4603 4604 4605 4606 4607 4608 4609 4609 4610 4611 4612 4613 4614 4615 4616 4617 4618 4619 4619 4620 4621 4622 4623 4624 4625 4626 4627 4628 4629 4629 4630 4631 4632 4633 4634 4635 4636 4637 4638 4639 4639 4640 4641 4642 4643 4644 4645 4646 4647 4648 4649 4649 4650 4651 4652 4653 4654 4655 4656 4657 4658 4659 4659 4660 4661 4662 4663 4664 4665 4666 4667 4668 4669 4669 4670 4671 4672 4673 4674 4675 4676 4677 4678 4678 4679 4679 4680 4681 4682 4683 4684 4685 4686 4687 4688 4689 4689 4690 4691 4692 4693 4694 4695 4696 4697 4698 4698 4699 4699 4700 4701 4702 4703 4704 4705 4706 4707 4708 4709 4709 4710 4711 4712 4713 4714 4715 4716 4717 4718 4719 4719 4720 4721 4722 4723 4724 4725 4726 4727 4728 4729 4729 4730 4731 4732 4733 4734 4735 4736 4737 4738 4739 4739 4740 4741 4742 4743 4744 4745 4746 4747 4748 4749 4749 4750 4751 4752 4753 4754 4755 4756 4757 4758 4759 4759 4760 4761 4762 4763 4764 4765 4766 4767 4768 4769 4769 4770 4771 4772 4773 4774 4775 4776 4777 4778 4778 4779 4779 4780 4781 4782 4783 4784 4785 4786 4787 4788 4789 4789 4790 4791 4792 4793 4794 4795 4796 4797 4798 4798 4799 4799 4800 4801 4802 4803 4804 4805 4806 4807 4808 4809 4809 4810 4811 4812 4813 4814 4815 4816 4817 4818 4819 4819 4820 4821 4822 4823 4824 4825 4826 4827 4828 4829 4829 4830 4831 4832 4833 4834 4835 4836 4837 4838 4839 4839 4840 4841 4842 4843 4844 4845 4846 4847 4848 4849 4849 4850 4851 4852 4853 4854 4855 4856 4857 4858 4859 4859 4860 4861 4862 4863 4864 4865 4866 4867 4868 4869 4869 4870 4871 4872 4873 4874 4875 4876 4877 4878 4878 4879 4879 4880 4881 4882 4883 4884 4885 4886 4887 4888 4889 4889 4890 4891 4892 4893 4894 4895 4896 4897 4898 4898 4899 4899 4900 4901 4902 4903 4904 4905 4906 4907 4908 4909 4909 4910 4911 4912 4913 4914 4915 4916 4917 4918 4919 4919 4920 4921 4922 4923 4924 4925 4926 4927 4928 4929 4929 4930 4931 4932 4933 4934 4935 4936 4937 4938 4939 4939 4940 4941 4942 4943 4944 4945 4946 4947 4948 4949 4949 4950 4951 4952 4953 4954 4955 4956 4957 4958 4959 4959 4960 4961 4962 4963 4964 4965 4966 4967 4968 4969 4969 4970 4971 4972 4973 4974 4975 4976 4977 4978 4978 4979 4979 4980 4981 4982 4983 4984 4985 4986 4987 4988 4989 4989 4990 4991 4992 4993 4994 4995 4996 4997 4998 4998 4999 4999 5000 5001 5002 5003 5004 5005 5006 5007 5008 5009 5009 5010 5011 5012 5013 5014 5015 5016 5017 5018 5019 5019 5020 5021 5022 5023 5024 5025 5026 5027 5028 5029 5029 5030 5031 5032 5033 5034 5035 5036 5037 5038 5039 5039 5040 5041 5042 5043 5044 5045 5046 5047 5048 5049 5049 5050 5051 5052 5053 5054 5055 5056 5057 5058 5059 5059 5060 5061 5062 5063 5064 5065 5066 5067 5068 5069 5069 5070 5071 5072 5073 5074 5075 5076 5077 5078 5078 5079 5079 5080 5081 5082 5083 5084 5085 5086 5087 5088 5089 5089 5090 5091 5092 5093 5094 5095 5096 5097 5098 5098 5099 5099 5100 5101 5102 5103 5104 5105 5106 5107 5108 5109 5109 5110 5111 5112 5113 5114 5115 5116 5117 5118 5119 5119 5120 5121 5122 5123 5124 5125 5126 5127 5128 5129 5129 5130 5131 5132 5133 5134 5135 5136 5137 5138 5139 5139 5140 5141 5142 5143 5144 5145 5146 5147 5148 5149 5149 5150 5151 5152 5153 5154 5155 5156 5157 5158 5159 5159 5160 5161 5162 5163 5164 5165 5166 5167 5168 5169 5169 5170 5171 5172 5173 5174 5175 5176 5177 5178 5178 5179 5179 5180 5181 5182 5183 5184 5185 5186 5187 5188 5189 5189 5190 5191 5192 5193 5194 5195 5196 5197 5198 5198 5199 5199 5200 5201 5202 5203 5204 5205 5206 5207 5208 5209 5209 5210 5211 5212 5213 5214 5215 5216 5217 5218 5219 5219 5220 5221 5222 5223 5224 5225 5226 5227 5228 5229 5229 5230 5231 5232 5233 5234 5235 5236 5237 5238 5239 5239 5240 5241 5242 5243 5244 5245 5246 5247 5248 5249 5249 5250 5251 5252 5253 5254 5255 5256 5257 5258 5259 5259 5260 5261 5262 5263 5264 5265 5266 5267 5268 5269 5269 5270 5271 5272 5273 5274 5275 5276 5277 5278 5278 5279 5279 5280 5281 5282 5283 5284 5285 5286 5287 5288 5289 5289 5290 5291 5292 5293 5294 5295 5296 5297 5298 5298 5299 5299 5300 5301 5302 5303 5304 5305 5306 5307 5308 5309 5309 5310 5311 5312 5313 5314 5315 5316 5317 5318 5319 5319 5320 5321 5322 5323 5324 5325 5326 5327 5328 5329 5329 5330 5331 5332 5333 5334 5335 5336 5337 5338 5339 5339 5340 5341 5342 5343 5344 5345 5346 5347 5348 5349 5349 5350 5351 5352 5353 5354 5355 5356 5357 5358 5359 5359 5360 5361 5362 5363 5364 5365 5366 5367 5368 5369 5369 5370 5371 5372 5373 5374 5375 5376 5377 5378 5378 5379 5379 5380 5381 5382 5383 5384 5385 5386 5387 5388 5389 5389 5390 5391 5392 5393 5394 5395 5396 5397 5398 5398 5399 5399 5400 5401 5402 5403 5404 5405 5406 5407 5408 5409 5409 5410 5411 5412 5413 5414 5415 5416 5417 5418 5419 5419 5420 5421 5422 5423 5424 5425 5426 5427 5428 5429 5429 5430 5431 5432 5433 5434 5435 5436 5437 5438 5439 5439 5440 5441 5442 5443 5444 5445 5446 5447 5448 5449 5449 5450 5451 5452 5453 5454 5455 5456 5457 5458 5459 5459 5460 5461 5462 5463 5464 5465 5466 5467 5468 5469 5469 5470 5471 5472 5473 5474 5475 5476 5477 5478 5478 5479 5479 5480 5481 5482 5483 5484 5485 5486 5487 5488 5489 5489 5490 5491 5492 5493 5494 5495 5496 5497 5498 5498 5499 5499 5500 5501 5502 5503 5504 5505 5506 5507 5508 5509 5509 5510 5511 5512 5513 5514 5515 5516 5517 5518 5519 5519 5520 5521 5522 5523 5524 5525 5526 5527 5528 5529 5529 5530 5531 5532 5533 5534 5535 5536 5537 5538 5539 5539 5540 5541 5542 5543 5544 5545 5546 5547 5548 5549 5549 5550 5551 5552 5553 5554 5555 5556 5557 5558 5559 5559 5560 5561 5562 5563 5564 5565 5566 5567 5568 5569 5569 5570 5571 5572 5573 5574 5575 5576 5577 5578 5578 5579 5579 5580 5581 5582

Herodotus. Vnde recte mihi videtur Apion, propter patriz sux leges poenas dedisse blasphemiz. Etenim necessario circumcisso circa genitalia vulnera ei facta nihil profuerunt, & putrefactis in magnis doloribus expiravit. Oportet enim bene sapientes in legibus propriis circa pietatem integre permanere, & aliorum minime carpere. Ita vero tuas quidem leges effugit, de nostris vero mentitus est. Hic itaque terminus vita fuit Apionis. Sed & nosser hic iam finem liber accipiet. Quoniam vero & Apollonius Molon, & Lysimachus, & alii quidam, tam perigrinantes quam per insianam de legislatore nostro Mose, & legibus verba protulere, nec iusta nec vera: dum ille quidem velut mago atque fallaci derogant, leges autem malitiae apud nos nulliusque virtutis affirmant esse doctrinæ, volo breuiter & de omni conuersatione nostra, & de particulari (sicut potero) profere sermonem. Reor enim fore manifestam, quia & ad pietatem & ad coniunctum vniuersalemque humanitatem, insuper ad iustitiam laborumque tolerantiam, & ad contemptum mortis optimas leges positas habeamus. Rogo tamen lecturos, vt non cum inuidia exequantur huius operis lectionem. Non enim proposui laudes conscribere nostrorum: sed aduersus eos, qui nos pluitum & fallaciter accusarunt, satisfactionem hanc puto esse iustissimam. Proinde accusationem Apollonius non continue, sicut Apion, instituit, sed dispersum. Quippe qui aliquando quidem nos sine Deo & hominibus odiosos appellat, aliquando vero formidinem nobis impropriet: & è diuerso, rursus aliquando de audacia gentis nostra queritur. Dicit autem etiam stultiores Barbaris: & propterea nullum inuentum nos solos vitæ vile reperisse. Hæc autem omnia manifeste redarguntur, duni vniuersa, copra quam ab eo sunt dicta monstrantur, & legibus imperata, & à nobis cum omni integritate gesta. Si vero coactus fuero facere mentionem legum contrariarum apud alios constitutum, in culpa illi sunt, qui nostras solemnitates tanquam peiores cum aliorum conferunt. Quibus neutrum puto remanere quod dicant: neque quia non eas habeamus leges, quarum ego capita & summæ ad redargendum positurus sum: neque quia non præcipue in legibus propriis perduramus. Paulo ergo altius exorsus, volo priuun dicere, quod eis qui sine lege & ordine viuunt, hi qui ordinis & communij legum amatores extiterunt, & primi hoc inchoauerunt, recte manitudine atque virtute præstare dicendi sunt. Denique conantur singuli eorum gesta sua ad antiquitatem referre, vt non imitatores aliorum videantur existere, sed ipsi potius aliis legitime viuendi duces fuisse. His igitur hunc in modum se habentibus, virtus legislatoris est meliora confidere: & his qui usi sunt legibus, quas potuerit, satisfacere, quia rectæ sunt. Populi vero est, vt in omnibus quæ constituta sunt, perduret: & neque felicitate procedente, neque calamitatibus aliquid horum immutet. Dico igitur nostrum legislatorem, quoslibet qui memorantur legislatores antiquitate præcedere. Lycurgus enim & Solon, & Zaleucus Locrensis, & omnes qui apud Græcos mirabiles sunt, nouelli atque recentes, quantum ad illum comparati, esse noscuntur: quando nec ipsius nomen legis fuisse olim apud Græcos agnoscitur. Telleius Homerus est, qui nusquam in opere suo hoc vsus est nomine. Non enim secundum legem, sed in diffiniatis sententiis, & Regum præceptionibus, populis regebatur. Vnde etiam multo tempore permanere, tantum morib. viventes, & non scripto, & multa horum semper secundum eucentum casuum permittentes. Noster vero legislator antiquus existens (hoc etiam vndique manifestum est, etiam apud eos clarum, qui semper contra nos loquuntur) & semetipsum præbuit optimum principem popu-

Mors Apionis.

Mosis contra Apollonium & Lysimachum defensio.

In quibus Apollonius Iudeos accusas.

Ordinis et communij legum amatores maxima traditio atque virtus præstare.

Mo, os querilibet legislatores antiquitate præcedit.

Nomos, Lex, hoc vocabulum nusquam apud Hermerum reperitur.

Mofis vi.
ca.

Mofis de
semneque
confutore
Deum ha
bet.

Origo Le
giū apud
Gracos.

Quid Gra
corū prae
donsiſſi
mū de Deo
sapientia.

Mofis &
aliorū le
gislatorū
compara
tio.

lorum consultoremque, & instructionem totius legis virg. confingens, eis suscitit hanc libenter excipere, & firmissime inclita scientia custodire. Primum autem cius magnitudinis opera videamus. Ille namque progenitorum nostrorum relinquientium Aegyptum, & ad terram propriam femeantum, multa millia summas, ex plurimis & impossibilibus rebus cauissime liberavit: nam & in aquosam eos & multum arenosam oportebat transire viam, bellaque. & inincere: & filios ac vxores, p̄zdamq; bello fernare: in quibus dux gregius & consiliarius sapientissimus, & tutor veracissimus fuit vniuersorum. Omnem siquidē multitudinem à semetipso pendere fecit, & cum omnia que veller persuadere posset, in nullo horum vindicavit sibi met potestatem: sed in quo maxime tempore potestatem sibi met arrogant & tyranide ipsi preſules terum, & populum frequenter plutima iniuritate viuere: consuefauit, in hac ille potentia constitutus, è diuerso magis indicauit agendum pie, & plurimam exhibere aliis xquitatem, ipse virtutem preicipiam se credens cunctis ostendere, & salutem firmissimam prebere sequacibus bona voluntate. Et maximis actibus in singulis casibus vius est. Quapropter recte iudicabat, dum et atque consultorem se Deum habere: & priuittus sibi met satisfaciens, quia secundum illius voluntatem vnuerfa gereret atque tractaret, credidit modis omib⁹ oportere, vt etiam apud plebem h̄c opinio permaneret. Nam qui Deum respicere suam vitam credunt, delinquerē non presumunt. Huiusmodi quidem noster legislator fuit, non Magus, non fallax, sicut derogatores iniuste pronunciant: sed quales apud Gracos gloriantur fuisse Minoem, & post eum legislatores alios. Namque quidam eorum, leges positas à loue dicebant, alii vero eas in Apollinem, & vaticinium Delphicum referabant, fine pro veritate hoc credentes, seu facile persuadendum itdantes populo. Qui vero preicipias leges instituerint, vel qui iustissime de Dei fide cognoverint, licet hoc ex ipsis legibus facta comparatione conspicuam enim de ipsis tempis est disputādi. Igitur infinita quidem particularitatem gentium atque legum apud cunctos homines differentia sunt. Aliū siquidem monarchis, alii vero populo potestatem Reipub. commisere. Noster vero legislator nihil horum intendens, veluti si quis hoc dicendo mensuram transcendat verbi, diuinatis Rēpublicam declaratuit: Deo principaliter conuersationem nostram atq; potestatem excellenter assignans, & satisfaciens eum cunctos inspicere, tanquam causam bonorum omnium vniuersis hominibus existentem: & quicunque contigit eos in angustiis supplicasse, illius non latuisse voluntatem, neque quicquam eorum que gessere, vel si quid aliquis apud semetipsum potuit cogitare. Vnum vero eum esse monstrauit, & ingenitum, immutabilem per tempus, aeternum, & omni specie mortali pulchritudine differentem, & ipsum nobis notum: qualis autem sit secundum substantiam, prorsus ignotum. Hac itaque de Deo sapuerūt prudentissimi Gracorum: qui quidem quod eruditū sint, illo vriue sciendi prebente principia, nunc dicere prætermitto: quod autem h̄c optima & conguta Dei natura atque magnificentia sunt, valde testantur. Pythagoras enim, & Anaxagoras, & Plato, & post illos philosophi Stoici, & pene cuncti, videntur de diuina sapiente natura. Sed hi quidem ad breue philosophantes, populo superstitionum opinionibus iam præoccupato veritatem dogmatis proferre timuerūt. Noster vero legislator opera præbens consona verbis suis, non solum his qui cū eo erant satisfecit, sed etiam qui ex illis semper erant nascituri, hoc immutabilitate inspirauit, & causam legislationis ad utilitatis modum semper adduxit. Non enim partem virtutis Dei culturae dixit, sed huius partes alias esse

perspexit atque constituit: hoc est, fortitudinem, institutam, & mutuam
in omnibus ciuiam concordiam. Cuncte namque actiones & studia,
vniuersique sermones, ad diuinam referuntur per omnia pietatem.
Non enim hoc inexaminatum aut infinitum vterius dereliquerit. Duo
siquidem sunt totius disciplina & moralis institutionis modi, quorum
vnuus quidem sermone doctor est, alter vero exercitationem oritur: que
cum ita sint, illi quidem legislatores sentiendo sunt discreti, & alter-
cum horum modum sibi placitum assumentes, alterum reliquerunt.
Sicuti Lacedemonii quidem & Creenses moribus erudiebantur, non
verbis: Athenienses vero, & pene omnes alii Graeci, quz quidem oportet
agi præcipiebant suis legibus: affluescere vero ad hac operibus, mi-
nime valuerent. Noster autem legislator hæc ambo multa diligentia co-
prauit. Nam nec exercitationes morum omisit non traditas, neque le-
ges sermonem reliquit incomptas. Sed mox à primo inchoans cibo, & v-
nicuiq; dicta conuenient, nihil neque minimarum escarum sub pot-
estate voluntatis vterium dereliquerit. Sed & de cibis quibus conueat
abstineri, & qui sumendi sunt, vel que dicta communis esse videatur,
necon & de operibus labore simul & requie, terminum atq; regulam
posuit legem: quatenus veluti sub patre atq; domino viuantes, neque
volentes quicquam neque per ignorantiam delinquamus. Non enim
ignorantibus peccnam posuit, sed optimam & necessariam correptionem
monstravit legem. Quapropter non semel audire, nec secundo vel se-
pius: sed in vnaquaq; lepidissima, alia opera relinquentes, ad legis audi-
tionem congregari præcepit vniuersos, eamque perfracte condiscere, quod
scilicet omnes legislatores reliquisse noscessatur. Et in tantum pluriimi
hominum absunt, ut secundum proprias leges vivant, ut pene eas igno-
rent. Et cum peccauerint, tunc agnoscunt ab aliis, quam legem proban-
tur esse præmaricari. Sed etiam viri maxima cum gloria & principalia
gubernantes, profiteantur ignorationem. Doctores namque sibi faciunt
affidere ad dispensationem rerum, & peritiam legum habentes. Nostro-
rum vero quemlibet si quis leges interroget, facilius quam nomes suū
recitat. Vniuersas quidem mox à primo sensu eas diligentes, in animo
velut inscriptas habemus. Et rarius quidem quilibet transgreditur: im-
possibile autem est supplicium deuitare peccantem. Hoc iisque pri-
mum omnium mirabile consonantiam nobis insituit. nam vnam
quidem habere & eandem de Deo sectam, vita vero ac moribus differre
nihil ab inyicem, optimam moribus hominum potest celebrare con-
cordiam. Apud nos etenim solos, neque de Deo quilibet sermones au-
diat alterutris aduersarios, sicut multa familia apud illos fieri compro-
bantur: cum non solum à vulgaribus quod vñsum fuerit vnicuique pro-
fertur, sed etiam apud quosdam philosophorum hoc crebro præsumi-
tur quando alii quidem totam Dei naturam sermonibus perimere ten-
tavere, alii vero eius prouidentiam ab hominibus abstulerent: neque in
studiorum vita differentia vila conspicitur, sed communia quidem opera e-
minium apud nos existunt: vnuus vero de Deo sermo concors est, afferens
illum cuncta respicere. Sed etiam de ipsis vita studiorum, & quoniam o-
portet omnia alia ad terminum diuinæ pietatis adduci, à mulierib; no-
stris & à seruis quilibet audient. Pro qua re illatas nobis calumnias à
quibusdam, cur nou exhibemus viros inumeros navorum operum
sue verborum, contigit oriri. Alii siquidem in nulla re paterna perdura-
re optimum esse putant, & præcipuz transgressoribus sapientia ro-
bur assignant. Nos autem è diuerso, vnam esse prudentiam atq; virtu-
tem existimamus, nihil penitus vel facere vel cogitare contrarium his
que antiquitus sancta noscuptur: quod scilicet indicium legis est opti-

Duo tei-
us disipli-
na & me-
rata insi-
tutionis
modi.

Motus uni-
uersis In-
dios ad la-
gi audi-
tionem con-
gregari
præpis.

Confor-
matio Indio-
rum in re-
ligione &
vita.

mo fœdere constitutæ. nam ea quæ nunc non habent modum, experimento sp̄e corrupta redarguuntur. Apud nos autem, qui credimus ab initio positam legem diuinam voluntate, nihil aliud pium est, quam hanc sub integritate reseruare. Quis enim eius quicquam mouere potest, aut quid melius adiuuenit? vel quis ab aliis tanquam præcellentes ad statum Reipub. nostræ aliquid transferre potest? aut quæ poterit esse melior atque iustior, quam ea quæ Deum quidem principem omnium esse confirmat: sacerdotibus autem in communi quidem eos præcipuas dispensare permittit: summo vero Pontifici etiòrum sacerdotum Principatum competenter iniungit: quos vtique non diuitis, neque aliis quibusdam spontaneis auiditatibus præcellentes legislator ad culmen huius honoris instituit. sed quicunque sapientia vel temperantia aliis præstare noscuntur, eis præcipue culturam diuinæ placentis iniunxit. Apud hos igitur, & legis & aliorum studiorum integra diligentia custoditur. Contemplatores etenim omnium atque iudices contemptuum, & puntores culpabilium sacerdotum esse decreti sunt. Quis ergo principatus, quod regnum erit hoc sanctius, vel qui honor Deo potius cooptabitur, cum omnis quidem populus sit præparatus ad pietatem, summa vero diligentia sacerdotibus sit induita, & velut quædam fessuitas gubernetur vniuersa Respublica? Cum enim mysteria sua numero paucorum dierum alienigenæ custodiæ nequeant, ea videlicet sacrificia nominantes, nos cum multa delectatione, & incomparabili voluntate solennitatis opus per omne seruamus suum. Quæ 10 igitur sunt præcepta vel ingerenda simplicia, siue nota dicamus. Primum quidem de Deo est, dicens: D E U S habet omnia, perfectus, beatissimus, ipse sibi cunctisq; sufficiens, principium & medium & terminus: inter omnia operibus quidem & munera bus clarus, & omni re manifestior: forma vero & magnitudine nobis inenarrabilis. Omnis namque materies cōparata est ad huius imaginem, licet sit preciosa, tamen pro nullo est: cunctaque ars ad illius imitationis inuentum, extra artem esse cognoscitur: nihil simile neq; videmus neque possumus suspicari, neq; coniicere. Sanctus est videamus eius opera, lumen, celum, terram, solem, lunam, flumina, mare, animalium nationes, prouentus fructu: hæc Deus fecit, non manibus, neq; laboribus, neq; quibusdam indiguit sibi cooperantibus: sed ipso vidente bona repente facta sunt. Hunc ho mines conuenit vniuersos sequi, eumq; placare exercitatione virtutis. Modus enim diuinæ placentis iste sanctissimus est. Vnum templum vnius Dei, commune omnium communis Dei cunctorum. Gratum namq; semper est omne quod simile est. Hunc placant quidem sacerdotes semper, præcedit vero istos primus secundum genus: qui antealios sacerdotes sacrificabit Deo, custodiet leges, de dubiis iudicabit, & puniet lege connictos. Huius quisquis non obediit, supplicio subiacebit, tanquam qui in ipsum Deum impie gesserit. Hosties immolat, non ad crapulam nostram vel ebrietatem attinentes. hæc enim non placat Deo quæ res occasio portus iniuriarum simul & expensarum est. Deus enim temperatos, ordinatosque, & boni generis diligat: & vt præcipue sacrificantes castæ vitamus. In sacrificiis autem pro comuni salute primi oportet orare, deinde singulos pro lemetipsis, quoniam omnes socii sumus. Et qui hoc consoritii sua vita præponit, maxime Deo gratus est. Supplicatio vero sit ad Deum votis ac precibus, non vt bona præstet: hæc enim ipse sponte contulit vniuersis, & in medio depositus: sed vt hæc suscipere valeamus, suscipientesque seruemus. Purificationes quoque in sacrificiis lex decreuit, à cubili, à lecto, à congressu uxorio, & alia multa, quæ conscribere longissimum est. Huiusmodi ergo de Deo,

Qui homines ad sacerdotium electi.

De Deo & principentiā diuinā.

Opera Dei.

Hostiae & sacrificia mentis.

Purificationes in sacrificiis.

& eius placatione sermo est, ipse autem simul etiam lex est. Quid autem de nuptiis? Solam novit lex permissionem naturalem cum coniuge, si tamen filiorum causa procreandorum agatur. Masculorum vero cum masculis iudicavit inimicas, & tentantes talia morte decrevit dignos. Nubere vero iuber, non resipientes ad dotem, neque violenter arripere, sed neque dolo vel fallacia suadere. Dispensationem vero potius fieri per eum, cuius noscitur esse potestatis, & per cogitationem opportunam. Mulier autem inferior, inquit, est viro per omnia. Obedit igitur non ad iniuriam, sed ut sit sub regimine constituta. Deus enim viro potestatem dedit. Cum hac ergo coire decet maritum solummodo. alterius vero experientiam habere nequissimum. Si quis autem hoc eggerit, declinatio nulla mortis: neque si fecerit vim virginis alieni desponsatae: neque si suaserit nuptias, aut filios nutrienti. quæ omnia lex praecipit. Vniuersis autem mulieribus interdixit, vel celare quod parum est, vel alia machinatione corrumpere filios. Infanticida enim est etiam animas demoliens, & genus immixtuens. Igitur si quis ad concubitum, corruptionemque transfret, immundus est. Oportet autem etiam post legalem commixtionem viri, mulieres lauari. Hoc enim partem animæ polluere iudicavit: inflata namque corporibus vulneratur. Dumq; hoc sit, aquam propter purificationis cautam talibus impetravit. Sed neque in filiorum nativitatibus concessit epulationes aggregari, & fieri occasiones ebrietatis: sed temperatim esse repente principium. Iustitique literis erudit propter leges, & nosse progenitorum actiones, ut aclus imitantur: & cum legibus educati, neq; transigrediantur, neq; cogitationem ignorantis habere iudicentur. Prostipex autem etiam funeralibus mortuorum, vt neq; sumptuosæ ad sepeliendum celebrentur exequiz, neque insignium fabrica lepulchrorum. sed necessaria quidem circa elationem funeris imperauit domesticos adimplere: omnibus autem viuentibus legitimum esse constituit, vt aliquo moriente & cōcurrant, & genitus lamentationis effundant. Purificari autem iuber etiam domesticos funere celebrato: vt longe procul sint, quasi videantur mundi esse. Cum autem aliquis fecerit homicidium vel sponte vel inuita, ne horum quidem pornam tacuit. Parentum honorem post Deum esse constituit: & qui non repensat eorum gratias, sed in qualibet parte contristat, præcepit esse lapidandum. Iuber etiam senioribus honorem iuuenies exhibere, quoniam cunctis senior Deus est. Nihil permittit ielandum apud amicos: non enim amicitia sunt apud Deum, cui omnia non creduntur. & licet aliquæ imamicitiae pronuant, prodi tamen arcana prohibuit. Si quis autem arbitrio munus accepit, morte multatur, despiciens quod iustum est, & auxilium reis offerens. Quod quicquam non posuit non auferat, & aliena non tangat. mutuans non accipiat, visuras. Hzc, & his multa similia, communionem continent nostrorum inter alteros. Quomodo autem etiam de domestica cura circa alienigenas habenda docuerit legislator, referri dignum est. videbitur enim omnibus optime prospicere eum, illo ita sentiente, neque propria corruptamus, neq; participari rebus nostris volenteribus inuidemus. Quicunque enim volunt sub nostra conuersari lege, accidentes ad eam cum munificentia suscipit, non genere solumente, sed etiam voluntate vita putans esse confortium. Eos autem qui obire adueniunt, misericordi solennitatibus nolunt, alia tamen exhibenda constituit. Idem omnibus præbendam, ignem, aquam, cibū: iter ostendere, nō spernere a liquem insepultum. Atque etiam circa hostes quæ sunt agenda sanciunt, ut neq; terrena eorum exuratur, neque arbores feriles incidentur. Sed etiam spoliari eos qui in bello cecidere, interdi-

De na-
ptia.Para
vim infe-
rentia vir-
gina.Purifica-
tione cor-
porum.De fune-
ribus mor-
tuum.Honor pa-
rentum.Cetera fur-
tim & v-
fatu.Circa hoc:
ses que-
modo a-
gendum.

xit: & captiuis prospexit, quatenus eorum amouearat iustitia, & maxime foeminarum. Sic autem eximie nos mansuetudinem atque clementiam studuit edocere, vt etiam de animalibus irrationalibus non taceret: sed horum tantummodo utilitatem legitimam concedens, ab omni nos alia causa prohibuit. Quicunque enim veluti domestica omuntur in zibis, hac interdixit occidi: sed neque parentes denique praecepit vnam cum pullis auferri. Et licet hostilia sint animalia laborum socia, eis tamen parcendum esse fancinit. Sic vndeque ea quae ad mansuetudinem pertinent obseruantur: doctinalibus quidem, sicuti predictum est, legibus vrens, & alia rursus contra transgressores causa punitionis sine excusatione desigens. Multa namque in plurimis causis transgredientium, mors est. Si adulterium commiserit aliquis, si vim puellae fecerit: si masculi turpe testamentum presumplerit, aut patiatur sustinere tentatus. Similiter autem est lex ineuitabilis & in servis, sed etiam de mensuris, vel si quis de ponderibus dolum fuerit operatus, & de iniusta venditione: ac fraude si quis vel detraherit alienam rem, aut quod non posuit abstulerit, cohibendi hi sunt vindicta, non qualiter apud alios, sed valde maiori. de iniuria vero parentum, vel impietate qua sit in D E V M; si vel tener hoc aliquis, mox peribit. At his qui secundum legem vniuersa faciunt, premium tribuitur non aurum, non argentum, neque corona lapillis distincta: sed vnuquisque testem habens conscientiam suam, valde proficit, legislatore prophetante, & D E O fidem condonante firmissimam hjs qui seruant leges: & licet pro his mori contingat, concurrunt tamen alacres ad occatum, sperantes fore vt vita melior ex mutatione conferatur. Pigeret itaque nunc hoc me conscribere, nisi opera essent omnibus manifesta: quoniam super numero multi nostrotum progenitorum, ne vel setimoneum solummodo extra legem proferrent, omnia passi sunt virilites sustinere. Quin & si ignota gens nostra omnibus hominibus esset, nec palam esset voluntaria nostra legum obseruatio, si Gracis aut legiſle se in historiis aliquis narraret, aut in orbe incognito reperire, homines talam tamque honestam de Deo opinionem habentes, atque in talibus legibus multis seculis constanter permanentes, omnes teor demiraturos, proprie continuas quae apud ipsos sunt mutationes. Denique eos qui conscribere proxime de Republica & legibus tentauerit, tanquam de incredibiliibus compositionibus quidam frequenter acculant, dicentes, quoniam impossibilia sumplerint argumenta. Et alios quidem taceo philosophos, quicunque huiusmodi negotium in suis conscriptionibus habuerent. Plato autem mirabilis apud Gracos, tanquam & honestate vita præcedens, & virtute sermonum & persuasione philosophiz cunctos excellens, ab his qui sibi videntur praestantes, in rebus ciuilibus, perpetuo pene illuditur, cauillisque comicis traducitur. cum utique qui illius verba considerauit, frequenter & facile reperiatur, quae etiam consuetudini plurimorum proxima esse noscuntur. Ipse siquidem

Plato confessus est, quia veram de Deo opinionem propter ignorantiam plebis proferre securum non est. Sed Platonis quidem verba vanae esse putant, & multa licentia compoſita arque conscripta; maxime vero legislationem Lycurgi mirantur, & Spartam cuncti coelebrant, quoniam in illius legibus plurimo tempore perduravit. Ergo hoc manifestum virtutis indicium est, in legibus permanere. Si vero Lacedæmonios admirantur, illorum tempus conferant, cum amplius duabus millibus annorum nostrorum Reipub. super hac sciant, quoniam Lacedæmonii quidem omni tempore quo habuerent libertatem, perfecte

Repositio
præcepto-
rum legi.

Premium
obedi-
entia
tati-
gi.

Daratio
legi apud
Iudeos.

Plato mi-
rabilis a-
pud Gra-
cos.

Lycurgus
Laceda-
moniorū
legiſle-
tor.

vales, tiones,

tiones, pene cunctarum legum oblitii sunt. Nos autem multis casibus euolutis propter Regum Aſiz mutationes, neque in nouissima mala ve
nientes à legibus sumus alienati: non vacationis, nec epulaionis causa
seruantes eas: quando si quis considerare voluerit multo ampliori testi
monio maiores excubias & labores nobis quam Lacedemoniis videbit
impositos. Illi siquidem neque operantes terram, neque circa opificia
exercitium habentes, sed ab omni operatione remissiores, pingues, &
corpo pulchri in ciuitate degebant, aliis ministris in omnibus vita
necessariis rebus videntes & cibum paratum ab illis accipientes, solum
opus bonum atque a quum iudicantes, quiduis facere, & pari quate
nus praualerent aduersius omnes, contra quos bella suscipereat: quod
autem ne hoc quidem adipisci potuerunt, omitto dicere. Non enim
singuli solummodo, sed multi frequentereorum subito legis præcepta
negligentes, semetiplos cum armis hostibus tradidere. Putaine & apud
nos, non dico tanti, sed duo vel tres agniti sunt proditoris effecti le
gum, vel mortem formidantes, non dico illam, facile qua solet prælian
tibus euenire: sed eam qua cum multa corporum afflictione, & multa
crudelitate videtur accidere. Quam (ut ego puto) quidam praualent
nobis non per odium subiectis impoluere, sed admirandum quoddam
spectaculum videre volentes, si qui sunt homines, qui vnum tantum
modo credant esse pessimum, si agere quicquam extra leges suas vel
sermonem apud eos dicere compellantur. Non tamen mirari dicer, si
mortem fortissime toleramus pro legibus, & ultra alios vniuersos. Non
enim quæ levia videantur nostris studiis alij facile patiuntur, hos est,
operationem, cibique simplicitatem: & ut nihil fortuito, neque quod
quisque desiderat vescatur aut bibat, aut ad concubitum quemlibet ac
cedat, aut splendide vestiatur, aut sine nobilitate vacet. Sed iliu[m] atten
tendum est, si gladii videntes, & hostes ab invasione fugantes, præcepta
legis circa cibos sustinere possunt. Nobis vero gratum est propter hac
legibus obediens, & in illis fortitudinis specimen ostendere. Eant nunc
Lysimachi & Molones, & quidam huiusmodi alij scriptores, improbi
ophisti, adolescentum deceptrices, & quasi prauissimi nobis derogare
contendant. Ego sanè nolim de legibus alienis examinationem facere.
Noſter enim mos est propria custodire, non aliena potius accusare. Et
neque ridere neque blasphemare debeamus eos, qui apud alios pu
antur Dij, aperte nobis legislator interdixit propter ipsam appellatio
nem. De accusatoribus autem per obiectiones fass nos increpare vo
lentibus, tacendum non est, cum vtique non à nobis nunc sermo com
muniſſus eos arguere videatur, sed à multis probabiliter iam præmissus.
Quis igitur eorum qui apud Graecos sapientia sunt mirabiles, non red
riguit nobilissimos poetas & præcipue legislatores quoniam huiusmo
di seitas de Deis ab initio populis inseruerunt, dicentes eos numero qui
omnium quantos ipsi voluerent, ex alterutris vero & diuersis nativitatibus
procreatos; Hos autem diuidentes locis & habitaculis tanquam gene
ra animalium, alios quidem sub terra, alios in mari, seniores autem eo
rum in tartaris vincetos esse dixerunt: quibus vero attribuere eorum, his
sermone quidem patrem, operibus autem tyrannum atque dominum
superposuerunt. Propterea aduersus eam constitutere iniurias per ux
orem, & fratrem, & filiam, quam ex eius capite singunt generatam, ut al
ligantes eum appendentes, sicut ipse ille suum dicitur patrem. Hac in
ste accusatione digna conqueruntur, qui sapientiæ virtute præcellunt.
Hi super hæc deridentes adiiciunt: Si Deorum aliquis quidem ephebos &
adolescentes, aliqui autem seniores & barbatos esse credendum est, aliqui
bonifacatores super artes, & quandam fabram, aliam vero textricæ, alium

Iudeorū
& Laco
damoni
ū compa
ratio.

Legi gra
nes in
daem.

Mores In
duos eos
qui apud
alios pu
tatur Dij,

propter ap
pellationē
ridere as
blasphem
are in
terdixit.

Deorum
apud gen
tiles in
geni nu
merus.

Fabula
de Ione
& Pele
de.

vero peregrinantem, & cum hominibus contendente, alios autem cithazantes aut arcu gaudentes: deinde inter alterutros seditiones effectas, & propter homines contentiones constitutas, ut non solum inter se aliis manus immitterent, sed etiam ab hominibus vulnerati lugerent malaque perferrent: & quod super omnia est luxuosius, si in tempestantia permixtioris vterentur: quomodo nō erit incongruum anores & concupiscentias ad vniuersos attinere, simul masculos & ad femininas. Deinde fortissimus & primus eorum pater, sed uetus à semet ipso, imprægnarasque mulieres, diruptas submersasque tpernit: & eos qui ex eo sunt nati neque liberare potest sato constititus, neque hac lacrymis eorum perferre mortes. Bona sunt hac & his alia consequacia, id est, adulteria in celo vilia, & sic impudenter à Diis celebrata, vt iam alij inuidere se profliterentur in tali fuditate vinclis. Quid enim alij facturi non essent, dum neque senior atque Rex valueret imperium suum à mulierum permixtione retinere. Alij vero seruientes hominibus, & nunc quidem edificantes causam excedis, nunc vero paucentes: alij autem malignorum modo infero carcere colligati. Quem igitur sapientum talia non accendant, vt hæc componentes redarguant, & multam stultitiam his credentium reprehendat? Alij vero & tertrem quendam vel metum, necnon & rabiem, atque seductioinem, omninoq; pessimas passiones in Dei natura singere presumunt. Et horum quidem nobilioribus etiam ciuitates sacrificare suaserent. Siquidem in multa necessitate constiutant, vt quosdam Deorum putent bonorum esfilaritatores, alios autem vocent aduersarios, quando eus veluti malignissimos homines muneribus atq; donis placare cōntinenti magnum quoddam malum se suscepturn ab eis existimantes, q; si mercede ei studi ose præbuerint. Quæ igitur causa est tanta huius iniuritatis atque delicti circa Deum? Ego quidem arbitror, eo quod neque veram Dei naturam ab initio eorum legislatores agnoverint, neq; quantum percipere potuero, perfectam sententiam diffinientes seip; tradidere: sed vi luto aliud quiddam vilius neglexerunt, dantes potestate Poetis, vt quos vellent Deos introducerent hæc omnia patientes: rhetoribus vero vt de repub. scriberent, & de peregrinis Diis decreta proficerent. Sed etiam pictores & plasti in hoc apud Græcos multam habuerent potestem, vt vnumquisque formam quam vellet secundum modum luxurianonis exponeret, alias quidem ex luto quod vellet singens, alias vero pingens. Opifices itaq; qui maxime putantur esse præcipui, ebur & aurum habent, ad hoc sua temper nouitatis argumentua. Proinde apud eos priores quidem Di florentes honoribus, senuerunt: alij vero non clam introducti, religione potiuntar: & templorum alia quidem decollata, alia vero nuper secundum hominum voluntatem edificantur: cum contra oporteat opinionem de Deo, eiusq; culturam immobili religione seruare. Apollonius siquidem Molon, vnum fuit stultorum atque tumultum. Eos autem qui vere in Græco philosophati sunt, neq; prædictorum aliquid laruit, neq; frigidæ allegorizæ causas ignorauerent. quapropter illos quidem iuste spreuerent, & circa veram deceptemque circa Deum opinionem nobis fuere cōcordes. Quod Plato respiciens, neque vllum q; nempiam Poetarum dicit in repub. esse suscipendum: & Homerum honosifice amouit, coronatum & vnguento delibiduram, ne ream opinionem de Deo fabulis forte destrueret. Itacipue namq; Plato nostram legislatore imitatus est, in hoc quoq;, quod illud præcipue suis ciuib; imperauit, vt omnes perfecte ediscerent leges, & ne fortuito aliquid extraneorum ciuib; misceretur, sed esse pura res publica, & in legum custodia perduraret. Horum nihil cogitas Apollonius Mo-

Iuppiter.

Inquiratur atque deitatis circa Deum causa.

Pictores & plasti
Lorum multitudinibus auctores.

Plato natus Poetarū in Repub. esse sustipendum statuit.

10

20

30

40

50

Ios

ton, nos valuit accusare, quoniam non recipimus eos, qui aliis sunt opinionibus præoccupati: neque communicari patimur eis, qui alia vita consuetudine degunt: cum neque hoc proprium nostrum sit, sed commune cunctorum, non modo Græcorum, sed etiam qui inter Græcos cantissimi fuissile noscuntur. Lacedæmonij namque peregrinos etiam expellebant, & suos ciues peregrinari non sinebant, corruptionem extra leges ex virtute metutentes. Illorum igitur citius fruictum poterit quilibet arguere, qui nulli neque conuersationis neque cohabitationis sua participationem exhibebant. Nos autem aliorum quidem ies zelare non dignamur: participari vero cupientes quæ sunt nostra libenter suscipimus: quod vtique reor indicium magnanimitatis atq; clemætiz. Sed desino iam de Lacedæmoniis amplius dispartare. Athenienses vero qui communem esse suam gloriabantur omnibus ciuitatem, quomodo de his rebus habuerint, Apollonius ignorauit. Hinamque vel verbo solummodo præter illorum legem, de Diis loquentes, ineuitabilius punierunt. Cuius enim rei gratia Socrates est mortuus? non enim hostibus tradidit ciuitatem, neq; templo vastauit: sed quia noua iuramenta iurauit, & quoddam demonium significasse referebat, serio ieiu ludens, sicuti quidam dicant, propter hoc cicutz poculo morte multus est. Insuper etiam corrumpere iuuenes eum accusator aiebat, & conuersationem latræ legesque contemnere. Et Socrates quidem ciuis Atheniensis, huiusmodi tormenta sustinuit. Anaxagoras autem Anaxagoræ. Clazomenius fuit. Et quia, existimantibus Atheniensibus solem esse goram. Deum, ille cum faxum ignitum afferuit, paucorum sententia morte damnatus est. Et aduersus Diagoram Meliun talentum decreuerunt, si Talantum quis occideret eum, quoniam eorum mysteria deridere cerebatur. Protagoras autem, nisi scito fugisset, comprehesus occulus fuisse, eo quod subiungit de Diis Atheniensium conscripsisse putabatur. Et quid oportet mirari, si circa viros sive dignos talia gestissile noscantur, qui neque mulieribus pepercere? Etenim Sacerdorem quandam interfecerunt quoniam eam quidam accusauit peregrinos colere Deos. decretum auctem aduersus eos, qui peregrinum introducerent Deum. supplicium mortis inferebatur. Igitur qui tali legis vtebantur, palam est, eo quod auctorum non credentes esse Deos. Non enim si credidissent, scipio fructu ex pluribus Diis priuassent. Quin & Scythæ cædibus gaudentes humananis, & paululum differentes à bestiis: arbitrantur tamen sua mysteria esse custodienda: & Anacharsim sapientia mirabilem apud Græcos, adueniente in interemereunt, quoniam videbatur Græcorum Deorum id eos venisse plenissimum. Multos autem & apud Persas ianeniss pro causa tormentis affectos. Sed palam est, quoniam Apollonius Persarum legibus congaudebat, illosq; mirabatur: quippe cum Græci eorum fortitudinem arque concordiam vnam imitatis, quam habuere de Diis, mirati sunt, hanc scilicet fortitudinem, quam in templis eorum contemplatis habuerunt. Is etiam studiorum omnium imitator extitit Persicorum, vñotribus alienis contumelias faciens, filiosq; execans. Apud nos autem mors decreta est, si quis vel irrationalib[us] anima[bi]s hoc modo lædat: & ab his legibus non abducere neque timor potuit prepotentium potestatem, neque zelus eorum qui apud alios honorantur. Sed neque fortitudinem ideo exercemus, ut bella auxiliz causatis ipsius, sed ut legum iura seruemus: & cum alia detrimenta mansuete iustineamus, si qui nos de legibus mouere tentauerint, tunc etiam ultra virtutem rebellare contendimus, & usque ad calamitates noxii simos perduramus. Cux itaque nos alienas emulemur leges, cum eas neque a legislatoribus suis seratas esse videamus? Vt quomodo Lacedæmonij genitio.

Lacoda-
meny, per
eigrinos ex
pellunt.

Mos A-
thenien-
sum.

Socrates
ciua A-
theniæ.
tremper.

Anax-
agoræ.

Talantum
600.co-
ronati.

Scytha.

Mores Per-
sarum.

Indorū
in lego cō-
bantia.

Cōtra La-
gistanos

*Legiſtis
rum in-
iuiſtia.*

